

Una nuova questione di Egidio Romano "de subjecto theologiae"

Autor(en): **Luna, Concetta**

Objekttyp: **Article**

Zeitschrift: **Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie = Revue philosophique et théologique de Fribourg = Rivista filosofica e teologica di Friburgo = Review of philosophy and theology of Fribourg**

Band (Jahr): **38 (1991)**

Heft 1-2

PDF erstellt am: **22.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-761119>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

CONCETTA LUNA

Una nuova questione
di Egidio Romano
«de subiecto theologiae»

Secunda parte

AEGIDIUS ROMANUS

Tractatus de subiecto theologiae

Querendo et disputando investigare intendimus in hoc tractatu 1
utrum in theologia sit subiectum deus in eo quod deus vel sub aliqua
speciali ratione.

⟨1⟩ Et videtur quod deus in eo quod deus, quia nobilissime scientie 5
debet assignari nobilissimum subiectum; sed deus in eo quod deus est
nobilius subiectum quam sub aliqua alia ratione speciali; ergo deus in eo
quod deus debet poni esse subiectum in scientia theologie.

⟨2⟩ Preterea, illud est subiectum in scientia propter quod queruntur
omnia alia et ad quod ordinantur omnia alia; sed omnia que tractantur
in theologia tractantur sub hac ratione, prout ordinantur ad deum in eo 10
quod deus; ergo etc.

⟨3⟩ Preterea, sicut lumen naturale, ut lumen intellectus agentis, est
ratio eorum que tractantur in scientia naturaliter acquisita, et ideo
metaphysica est prima huiusmodi scientia, quia intellectus noster prius
fertur in ens in eo quod ens, quod est subiectum in metaphysica, sic quia 15

1 Querendo] Incipit tractatus de subiecto theologie editus a fratre Egidio ordinis
heremitarum sancti augustini *praem.* C, Questio fundatissimi doctoris domini Egidii
Romani de subiecto Theologie pulcherrima *praem.* Ed.

Querendo... intendimus] Queritur Ed.

et] investigando *add. et del.* V

in hoc tractatu *om.* VEd.

1–2 in... deus²] deus in eo quod deus sit subiectum in theologia Ed.

2 aliqua] alia *add.* Ed.

6 subiectum] in scientia *add.* C

7 scientia] in *add.* C

8 Preterea] contra C

10 hac *om.* C

15 sic] sed C

per lumen fidei intellectus noster in via prius fertur in deum in eo quod deus, sicut etiam in patria, quia intellectus beatorum per lumen glorie prius fertur in deum in eo quod deus, oportet quod deus in eo quod deus sit subiectum tam in scientia beatorum quam in scientia viatorum.

20 <4> Preterea, sub eadem ratione est aliquid subiectum in principiis et in conclusione; sed deus in eo quod deus est subiectum in articulis fidei; ergo deus in eo quod deus est subiectum in conclusione articulorum et in scientia theologie.

25 <5> Preterea, quia nos in scriptis nostris diximus quod deus sub ratione qua glorificator est subiectum in theologia, quia tota theologia ad hoc ordinatur, et quod hic audimus per fidem, ibi videbimus per gloriam, contra hoc sic arguitur: quia intellectus noster prius fertur in id quod est prius quam in id quod est posterius; sed deus sub ratione qua deus est prius quam sub ratione qua glorificator; ergo theologia prius
30 considerat de deo in eo quod deus quam de deo in eo quod glorificator; sed illud quod prius consideratur in scientia habet rationem subiecti; ergo etc.

<6> Preterea, ratio absoluta est prior quam relata; sed considerare deum in eo quod deus est considerare ipsum secundum rationem abso-
35 lutam, considerare autem deum in eo quod glorificator est considerare ipsum per relationem ad glorificatos vel ad glorificandos; sed cum ratio absoluta sit prior quam relata et illud quod prius consideratur in scientia est subiectum scientie, ergo etc.

40 <7> Preterea, idem et sub eadem ratione est deus subiectum in patria et in via et non diversificatur nisi ratione luminis, quia hic cognoscitur

17 sicut] sic C beatorum] bonorum V

18 in²... deus³ iter. V

20 aliquid] aliquod V

22 quod deus om. V articulorum] fidei add. C

24 quia om. VEd.

26 videbimus] videmus Ed.

27 sic arguitur inv. Ed. prius] primo V

28 est² om. C

29–30 prius considerat] considerat primo Ed.

30 quod²] est add. C

31 illud] id Ed.

33 quam] ratio add. V

35 considerare¹] considerari C

36 per relationem] relatum Ed.

37 absoluta] soluta C quam om. Ed. illud] id Ed. prius] primo Ed.

38 ergo] deus add. Ed.

40 nisi] sub add. V

25 Aeg. Rom., Sent. I, Prol., pars 1, princ. 1, q. 3, ed. cit., f. 3v L e N.

deus sub lumine fidei, in patria sub lumine glorie; cum ergo beati videant ipsam divinam essentiam secundum se, ergo ipsa divina essentia secundum se vel ipse deus in eo quod deus erit subiectum tam in scientia patrie quam in scientia vie.

⟨8⟩ Preterea, subiectum debet supponi in scientia; sed deus ut glorificator non supponitur, sed queritur, quia ita queritur utrum sit glorificator, sicut queritur utrum sit sapiens vel bonus, et sicut queruntur cetera attributa; ergo sub ratione glorificationis non potest poni subiectum. 45

⟨9⟩ Preterea, quando dicitur: «deus in eo quod glorificator est subiectum in theologia», querimus de illa duplicatione quid reduplicat, quia vel reduplicat virtutem divinam vel actionem vel effectum. Si reduplicat virtutem divinam, cum virtus divina sit idem quod deus, ergo etc. Et si reduplicat actionem, cum actio dei sit idem quod deus, ergo etc. Si reduplicat effectum, cum effectus non respiciat deum obiective, et subiectum in scientia sit idem quod obiectum, ergo hoc modo non poterit poni deum esse theologie subiectum. 50 55

⟨10⟩ Preterea, videtur quod in deo alia sit ratio deitatis et alia ratio infinitatis; propter quod poterit deus in eo quod deus esse subiectum in theologia. Non tamen propter hoc sequitur quod ibi sit subiectum infinitum in eo quod infinitum; ergo etc. 60

In contrarium est dictum nostrum, quod credimus rationabiliter dictum, quod deus non secundum illud pelagus substantie infinitum, id est in eo quod deus, sed sub ratione speciali, id est sub aliqua ratione finita, est subiectum tam in scientia beatorum quam in scientia viato- 65

41 patria] vero *add.* Ed.

42 ipsa *om.* C

47 sicut¹] ut C sit *om.* V

48 subiectum] etc. *add.* Ed.

50 quando] cum Ed.

51 querimus] queremus V illa *om.* V quid] *correxi*, qua C, que VEd.

52 vel reduplicat *iter.* C

52–53 vel actionem... divinam *om. hom.* C.

54 Et *om.* Ed.

56 obiectum] subiectum C

57 poterit poni] ponit (*sed corr.*) poterit C deum] deus Ed. theologie subiectum *inv.* Ed.

58–61 Preterea... etc. *om.* CV (*cf. lin.* 308, 771–773)

62 rationabiliter] rationale CV

63 quod deus *om.* CV secundum] quod *add. et del.* C

64 aliqua *om.* C

65 in scientia² *om.* Ed.

rum, cum utraque huiusmodi scientia sit finita et utrique repugnet infinitas. Propter quod infinitum sub ratione infiniti, vel, quod idem est, deus sub ratione qua deus, cum secundum Damascenum, libro primo, capitulo XII, nomine dei importetur quoddam pelagus substantie infinitum, deus sic acceptus in nulla scientia creata poterit esse subiectum.

70 Respondeo: dicendum quod reduplicatio, ut «hoc in eo quod hoc», semper importat aliquid primum et secundum quod ipsum, ut, si dicatur quod triangulus in eo quod triangulus habet tres, istud «in eo quod» vel
75 ista reduplicatio non importat aliud nisi quod triangulus primo et secundum quod ipsum habet tres. De ratione autem primi et secundum quod ipsum, ut patet ex primo *Posteriorum*, est universale et immediatum, ut, si triangulo primo et secundum quod ipsum competit habere tres, oportet quod triangulus respectu habere tres habeat quandam uni-
80 versalitatem et immediationem. Nam et figura habet tres et equilaterus habet tres, sed non immediate, quia nec figura in eo quod figura nec equilaterus in eo quod equilaterus, sed in eo quod triangulus, habet tres. Ergo respectu habere tres, solus triangulus, super quem cadit reduplicatio, quia hoc habet in eo quod triangulus, habet immediationem ad
85 habere tres. Rursus, solus triangulus, quantum ad hoc, habet universalitatem. Figura enim et equilaterus deficiunt ab universalitate habendi tres, quia figura deficit ab universalitate subiectorum, quia non omnis figura habet tres, equilaterus vero deficit ab universalitate cause, quia in equilatero non est universalis causa habendi tres, cum et huiusmodi
90 causa reperiatur in aliis speciebus trianguli. Solus ergo triangulus, cui competit reduplicatio respectu habere tres, habet immediationem et universalitatem respectu passionis prefate.

66 repugnet] *correxi*, impugnet C, repugnat VEd.

67 infiniti] finiti *scr. et corr.* C est *om.* V

69 dei *om.* V

73 aliquid] aliquod VEd. dicatur] dicamus Ed.

74 quod¹ *om.* VEd. quod³ *om.* CV

75 triangulus] triangulo Ed.

76 habet] competit habere Ed.

77 patet] habetur Ed.

78 triangulo] triangulus CV

79 habere] habeat *scr. et mg. corr.* C

80 et² *om.* Ed.

82 in¹... equilaterus² *iter.* C habet] de *add. et del.* C

83 respectu] videtur Ed. quem] quam C

84 immediationem] immediatum Ed.

91 et *iter.* C

68 *De fide orthodoxa*, I, 9, PG 94, 836B.

77 *Anal. Post.*, I, 4, 73b 25 ss.

Sed si volumus hoc adaptare ad subiectum, cum questio nostra sit de subiecto, prout competit ei reduplicatio, oportet addere ei tertium, videlicet considerationem, quia hoc est subiectum: illud de quo principaliter considerat scientia. Illud ergo quod cum reduplicatione ponitur subiectum in aliqua scientia, oportet ibi esse immediationem, universalitatem et principalem considerationem respectu illius scientie. 95

Possumus autem ex hiis tribus facere duo, ut universalitas sit condicio quedam annexa tam considerationi quam immediationi. Cum ergo aliquid cum reduplicatione ponitur subiectum in aliqua scientia, oportet secundum illam reduplicationem respectu illius subiecti ut accipiatur in illa scientia tam universalitas immediationis quam universalitas considerationis, ut si hoc in eo quod hoc sit subiectum in aliqua scientia, oportet quod illud hoc cum sua reduplicatione respiciat illam scientiam universaliter secundum immediationem et universaliter secundum considerationem, quia, hoc posito, oportet quod consideret illa scientia de subiecto illo universaliter secundum omnem modum considerationis, loquendo de consideratione per se, et quod consideret de eo secundum omnem modum immediationis per se. 100 105 110

Hiis visis, accedamus ad solutionem quesiti: quia, cum secundum Philosophum, III *De anima*, sic secentur scientie sicut et res, quando ponitur aliqua res subiectum in aliqua scientia sub aliqua ratione, oportet quod illa scientia accipiat speciem ab illa re secundum rationem illam, et in hoc distinguatur et differat scientia illa ab omnibus scientiis aliis; cum ergo in scientia beatorum vel viatorum ponitur deus esse subiectum, quia hoc est vel per revelationem, sicut in viatoribus, vel per 115

93 adaptare] applicare Ed.

95 illud *om.* V

95–96 principaliter considerat *inv.* V

96 considerat] consideratur in Ed. ergo *om.* C

97 esse] addere Ed.

100 quedam] quadam C

101 scientia *om.* C oportet] quod *add.* Ed.

102 ut *om.* VEd.

103 quam] tam V

107 quod *om.* C

108 subiecto *om.* VEd. modum] considerandi seu *add.* V

109 quod *om.* Ed. consideret] considerat V

111 cum *om.* C

112 sicut] quemadmodum Ed. et] secantur V res] de quibus sunt *add.* Ed.

113 in... scientia] alicuius scientie C

115–116 scientiis aliis *inv.* Ed.

117 vel¹] quia *add. et del.* C

112 *De anima*, III, 8, 431b 24–25.

apertam visionem, sicut in beatis, quia hoc ipso scientia de deo, tam
 beatorum quam viatorum, differt ab omnibus aliis scientiis humanitus
 120 inventis, ideo reduplicatio quam assignabimus in hac re que est deus,
 separabit scientiam viatorum et beatorum solum a scientia dei quam
 habet de se ipso, que est increata et infinita. Dicemus ergo quod deus in
 eo quod deus, vel infinitum in eo quod infinitum, vel pelagus substantie
 infinitum in eo quod tale pelagus, est subiectum in scientia quam habet
 125 deus de se ipso. Propter quod si queratur quid est subiectum in scientia
 quam habet deus de se ipso, dicemus quod deus absolute loquendo.
 Quod si queratur sub qua ratione, non assignabimus aliam rationem nisi
 se ipsum. Dicemus enim quod deus in eo quod deus est huiusmodi
 subiectum.

130 Quid ergo faciet illa reduplicatio «deus in eo quod deus»? Respon-
 debimus quod illa reduplicatio includit universalitatem considerationis
 et universalitatem immediationis. Deus ergo in eo quod deus, id est
 omnibus illis infinitis modis quibus potest considerari deus, est subiec-
 tum in scientia dei quam habet de se ipso. Et non solum deus in eo quod
 135 deus quantum ad universalitatem considerationis, sed etiam deus in eo
 quod deus quantum ad universalitatem immediationis, quia cognoscit se
 omni modo quo est cognoscibilis quantum ad universalitatem imme-
 diationis, quia est ibi immediatio omni modo quo esse potest. Ergo
 reduplicatio hec «deus in eo quod deus» quantum ad universalitatem
 140 considerationum et immediationum, quam universalitatem utramque
 de se importat talis reduplicatio, solum in scientia dei quam habet de se
 ipso potest deus esse subiectum.

118 quia] in *add.* C

119 beatorum quam viatorum] v. q. b. C

120 ideo] iam Ed. assignabimus] assignabamus Ed. re] et Ed.

121 viatorum et beatorum] b. et v. Ed. solum *om.* V

124 scientia quam] quod V

126 ipso *om.* C quod] est *add.* Ed.

127 rationem *om.* Ed.

130 faciet] scient V illa] illam *scr. et corr.* C deus¹ *om.* V

131 includit *om.* Ed.

135 considerationis] considerationum V

136 universalitatem] considerationis *add.* C

136–138 cognoscit... quia *om. hom.* CV

138 ibi *om.* C

139 hec] i (st) a V deus¹ *om.* CV

140 considerationum] considerationis (*et infra lin.* 145, 152, 206, 256, 260, 268, 292) Ed.

immediationum] immediationis (*et infra lin.* 145, 152, 257, 261, 268, 284, 285, 291) Ed.

quam] quantum ad Ed.

142 deus esse *inv.* Ed.

Hiis autem prelibatis, patet quod in nulla scientia creata deus in eo quod deus potest esse subiectum, quia in tali reduplicatione importatur duplex universalitas: considerationum et immediationum; sed in nulla scientia creata potest deus sic reduplicatus esse subiectum, quia tunc illa scientia esset infinita, quia esset de infinito sub ratione infinita. Igitur propter duo que tacta sunt, deus in eo quod deus non potest esse subiectum nec in scientia beatorum nec viatorum, loquendo de beatitudine ut competit creaturis.

Prima ergo ratio quare hoc esse non potest sumitur ex universalitate considerationum, secunda ex universalitate immediationum. Nam utrumque istorum videtur importare reduplicatio, ut in superioribus probabatur. Tunc ergo deus in eo quod deus esset subiectum in aliqua scientia, quando omnes modi quibus potest considerari deus pertinerent ad considerationem illius scientie; quod esse non posset, nisi esset illa scientia infinita. Deus ergo sub aliqua speciali ratione, id est sub aliqua ratione finita, quecumque sit illa non curamus, nominavimus tamen eam convenientiori modo quo potuimus, dicendo quod deus in eo quod glorificator est subiectum in sacra pagina. Quod si tamen bene considerentur dicta et dicenda, dicemus hoc esse proprie dictum.

Et quod dictum est de universalitate considerationis veritatem habet de universalitate immediationis. Tunc enim deus in eo quod deus esset subiectum in sacra pagina vel in scientia beatorum, si beati viderent deum omni modo immediationis quo videri potest deus. Et quia hoc non est nisi in scientia quam habet deus de se ipso, ideo in sola illa scientia est subiectum vel obiectum deus in eo quod deus.

Dicemus ergo quod <quod> sine additamento dicimus simpliciter dicimus. Sic ergo absolute nec in scientia beatorum nec in scientia

143 autem *om.* C

145 universalitas] scilicet *add.* Ed.

148 duo] secundum ea *add.* VEd.

150 competit creaturis *inv.* V

152 considerationum] considerationis VEd.

153 utrumque] utramque Ed. istorum] istarum Ed. videtur] vel C

155 modi] cum *add.* Ed. pertinerent] pertinent V

156 posset] possit V nisi] ubi non Ed.

157 speciali... aliqua² *om. bom.* C

158 ratione] *subintellige*: est subiectum in scientia creata

161 dicemus] dicimus C

164 beati] bene Ed.

166 de] in C

169 Sic] Sicut VEd. in scientia² *om.* Ed.

170 viatorum debet poni deus in eo quod deus esse subiectum. Tamen cum aliqua condicione addita potest hoc poni. Nam ut potest patere ex habitis, tam universalitas considerationum quam immediationum concludit quod deus in eo quod deus non potest poni subiectum in scientia beatorum. Nam quantum ad universalitatem considerationum
 175 hoc poni non potest, quia beati non possunt considerare deum omni modo quo considerandus est, nec possunt cognoscere deum omni modo quo cognoscibilis est, ita quod sic absolute deus in eo quod deus in eorum scientia non potest esse subiectum. Sed cum aliqua condicione addita, ut dicatur quod deus in eo quod deus, in quantum se extendit
 180 status et gloria beatorum, est subiectum in scientia eorum, competenter credimus esse dictum. Nam oportet quod beati cognoscant deum omni modo cognitionis, sine quo beati esse non possunt, ut, si cognoscerent deum esse unum et non cognoscerent ipsum esse trinum, non essent perfecte beati, eo modo quo requirit eorum status. Propter quod videtur
 185 bene dictum quod, si volumus dicere quod deus in eo quod deus est subiectum in scientia beatorum, quod est ibi addenda ista condicio, quod deus in eo quod deus, prout requirit status et gloria beatorum, est subiectum vel obiectum in scientia eorum.

190 Et quia ex subiecto vel obiecto scientia sortitur esse et unitatem et distinctionem, secundum rationem illam, prout in illa scientia consideratur illud subiectum vel obiectum, bene dictum est quod deus ut glorificator vel beatificator est subiectum in scientia beatorum, quia non est ibi subiectum deus in eo quod deus absolute sub illo pelago infinitatis,

- 170 cum] in C
 171 condicione] contradictione C potest²] patet V
 173 concludit] concluditur Ed.
 175 considerare] considerari V
 176 omni modo *om.* C
 177 quod deus *interl.* V
 178 condicione] contradictione C, additione V
 179 in¹... deus² *om. hom.* Ed.
 181 cognoscant] cognoscunt V
 182 si] non *add.* Ed.
 183 esse² *om.* Ed.
 184 modo *om.* Ed. quo] quod V, quod hoc Ed.
 184–185 videtur... quod¹ *om. hom.* C
 189 unitatem et] universalitatem vel C
 190 illa scientia *inv.* V
 191 ut] in eo quod Ed.
 192 vel] ut *add.* C

sed sub modo finito et sub illa ratione finita, prout hoc patitur status et gloria beatorum, et prout hoc non infinite, sed finite communicatur beatis. Ex hoc ergo scientia beatorum habet esse in se et habet distinctionem ad scientiam divinam, prout deus in eo quod deus sub suo pelago infinitatis in scientia quam habet de se ipso dicitur esse subiectum. 195

Verum quia quod beati vident, nos credimus, quia sicut ipsi ambulant per speciem, sic nos ambulamus per fidem, si in scientia beatorum ponitur subiectum deus sub aliqua condicione speciali limitante et finiente eorum scientiam, quia non habent scientiam infinitam, multo magis in sacra pagina et in scientia viatorum talis limitatio et finitatio est de necessitate ponenda. 200

Explicabimus insuper quod supra succincte tangebatur, scilicet quod id quod dictum est de universalitate considerationum, veritatem habet de universalitate immediationum. Nam quia in scientia beatorum non est ibi deus subiectum vel obiectum omni modo immediationis quo esse potest, absolute et simpliciter non est concedendum quod deus in eo quod deus sit ibi subiectum. Sed cum aliqua condicione hoc concedi poterit, ut dicatur quod deus in eo quod deus est ibi subiectum immediate quantum ad obiectum et quantum ad rationem obiecti, ut hec se tenent ex parte scibilis. Sed non est ibi subiectum deus in eo quod deus quantum ad actum visionis et quantum ad lumen in quo fit illa visio, et potissime prout hec se tenent ex parte scientis. Deus enim per se ipsum erit obiectum in scientia beatorum. Nam beati non vident per speculum in enigmate, ut quod non videant ipsam rem que est divina essentia. Ipsa ergo divina essentia immediate se offert ut obiectum intellectui beatorum. Propter quod est ibi immediatio ex parte obiecti, sicut etiam est ibi immediatio ex parte rationis obiecti, prout talis ratio est species rei, non 205 210 215 220

194 patitur *om.* V

196 habet¹] valet C

199 quod *om.* V

200 si] sed Ed.

201 condicione] ratione *add.* Ed.

205 succincte] *lac.* Ed.

206 id] illuc C

209 absolute et simpliciter] s. et a. C

211 subiectum] vel *add.* Ed.

213 tenent] tenet Ed.

216 vident] deum *add.* Ed. speculum] et *add.* C

217 ipsam] illam C

218 ut obiectum *post* beatorum V

219 ibi¹ *om.* V

220 ex parte] *mg., et iter. post* rationis C

ipsa res. Nam secundum Philosophum in tertio *De anima*, oportet res vel species esse in anima. In scientia ergo beatorum ipsa essentia divina non per aliam rem vel per aliud obiectum se offert intellectui beatorum nec per aliam speciem, sed per se ipsam se offert intellectui eorum. Possunt enim ista duo stare simul: quod intellectus tendat in ipsam essentiam rei et habeat pro obiecto ipsam essentiam rei, tamen tendit in eam per speciem, ut cognoscit essentiam lapidis per speciem lapidis. Sed in scientia beatorum respectu divine essentie non sic, quia non solum essentia divina est ibi immediate obiectum, sed etiam per se ipsam, non per aliam speciem, est ibi obiectum. Propter quod quantum ad ipsum obiectum et quantum ad speciem, que est ratio videndi obiectum, potest concedi quod deus in eo quod deus est subiectum vel obiectum in scientia beatorum. Sed quantum ad actum visionis et quantum ad lumen glorie sive quantum ad gratiam consummatam, deus in eo quod deus non est ibi subiectum vel obiectum, quia ille actus visionis, per quem beati vident divinam essentiam, licet immediate sit causatus a divina essentia, tamen huiusmodi actus non est ipse deus vel divina essentia, sed differt ab ea sicut differt effectus a sua causa. Sic etiam ipsum lumen glorie vel ipsa gratia consummata, per quam sancti vident deum, non est ipsa divina essentia vel ipse deus.

Propter quod deus in eo quod deus, sic absolute loquendo, non potest poni subiectum in scientia beatorum, sed sub aliqua condicione potest hoc poni, ut dicatur quod deus in eo quod deus, quantum ad obiectum et quantum ad speciem que potest esse ratio cognoscendi obiectum, est subiectum in scientia beatorum, quia deus vel divina essentia non per aliud obiectum vel per aliam speciem, sed per se ipsam, se offert intellectui beatorum.

221 *De anima* *supplevi cum* Ed.

222 species] obiecti *add.* Ed.

225 ista] illa V

226 eam] essentiam Ed.

227 essentiam] rei tamen tendit *add. et del.* C

229 essentia divina *inv.* C

230 ipsum] ipsam V

231 et... obiectum² *om. hom.* C

233 actum] actus Ed.

235 ibi *om.* Ed.

236 divinam essentiam *inv.* Ed.

238 differt effectus *inv.* Ed. Sic] sicut C ipsum *mg.* C

239 gratia] gloria C

243 dicatur] communiter ut dicatur *add.* C

221 *De anima*, III, 8, 431b 28.

Tamen hoc non est concedendum simpliciter, quia quantum ad actum visionis et quantum ad lumen glorie, per quod fit talis actus, non debet dici quod deus in eo quod deus sit ibi subiectum, quia deus per se ipsum non est illa visio formaliter vel per ydemptitatem, sed causaliter tantum. Cum ergo illa visio, que est quid creatum, et illud lumen, quod est quid creatum, sint quid finitum, deus in eo quod deus non absolute, sed sub quadam ratione finita, est subiectum in scientia beatorum, sive accipiatur ibi reduplicatio et ratio illa sub qua ponitur deus esse subiectum quantum ad universalitatem considerationum, sive quantum ad universalitatem immediationum, quod declarare volebamus.

Concludamus ergo et dicamus quod in nulla scientia creata deus sub absoluto nomine vel deus in eo quod deus potest esse subiectum, quia nulla scientia creata respectu dei potest habere universalitatem considerationum vel universalitatem immediationum. Et quia per subiectum quelibet scientia acquirit speciem et distinctionem, ideo in scientia beatorum erit deus sub illo modo subiectum sine quo nec possumus esse beati, et erit deus sub illo modo subiectum per quem scientia quam habent beati de deo distinguitur a scientia quam habet deus de se ipso. Deus ergo absolute sumptus vel deus in eo quod deus erit subiectum in scientia quam habet deus de se ipso, ubi concurrunt universalitas absolute, tam considerationum quam immediationum, quia deus non per aliud lumen, sed per lumen quod est ipse, nec per aliam visionem, sed per visionem que est ipse, cognoscit se ipsum, quod non contingit in beatis, ut est per habita manifestum. Sed in scientia beatorum et in quacumque scientia creata deus non absolute, id est non in illo pelago infinitatis, nec in eo quod deus, id est ut pelagus infinitatis, potest esse subiectum in

248 quia *om.* Ed.

253 sint] fuit C, sive Ed.

256–257 considerationum... universalitatem *om. hom.* C

258 nulla] illa Ed.

260 universalitatem] operationum *add. et del.* C, identitatem Ed. considerationum] considerationis CEd.

261 universalitatem *om.* Ed.

263 illo] nomine et *add.* V

263–264 sine... subiectum *om. hom.* C

264 illo] isto Ed. quem] quam C

267 ipso] et *add.* Ed. universalitas] universitas (*et infra lin.* 285, 290) C

269 nec] non Ed.

271 ut est] patet hoc Ed. manifestum *om.* Ed. in² *om.* C quacumque] alia *add.* Ed.

272 in *om.* Ed. illo] illa C

aliqua scientia creata. Ergo in scientia creata et finita deus non potest
 275 esse subiectum nisi sub aliqua condicione limitante, contrahente et
 specificante, que limitatio et specificatio melior modus qui occurrit
 nobis est «ut requirit glorificatio et beatificatio nostra». Hoc ergo modo
 deus poterit esse subiectum tam in scientia beatorum quam viatorum.
 Aliter tamen et aliter, quia in scientia beatorum erit deus sic subiectum
 280 secundum videre, in scientia viatorum erit deus sic subiectum secundum
 credere et audire, iuxta illud *Psalmi*: sicut audivimus, supple: in via, sic
 vidimus in civitate dei nostri, id est in patria.

Sed dices quod triangulus in eo quod triangulus habet tres, et tamen
 non concurret ibi universalitas immediationum quantum ad causam:
 285 licet sit ibi talis universalitas immediationum quantum ad subiectum,
 non tamen est ibi quantum ad causam. Nam etsi triangulus non habet
 tres per aliud subiectum, habet tamen tres per aliam causam. Potest ergo
 esse reduplicatio sine universalitate immediationum. Poterit ergo deus
 in eo quod deus esse subiectum in scientia beatorum vel viatorum
 290 absque eo quod concurrat ibi universalitas immediationum. Et quod
 dictum est de universalitate immediationum, qui vellet ad hoc laborare,
 forte inveniret de universalitate considerationum. Poterit ergo esse
 reduplicatio sine talibus universalitatibus.

Ad quod dicimus respondendum quod, si alicui alii posset compe-
 295 tere magis immediatius et magis universalius habere tres quam trian-
 gulo, illud aliud a triangulo haberet tres primo. Vel posset dici habere
 tres absoluto nomine vel cum reduplicacione. Sic et in proposito: quia
 scientie quam habet deus de se ipso competit magis universaliter consi-
 derare de deo et magis immediate ferri in deum, ideo in illa scientia deus
 300 est obiectum vel subiectum primo et sub absoluto nomine et cum

275 limitante] finitante et Ed.

278 deus poterit *inv.* Ed.

279 sic] sicut Ed.

280 videre... secundum² *om. bom. C* videre] quod videtur Ed. scientia] vero *add.*
 Ed. deus *om.* Ed.

281 credere et audire] quod creditur et auditur Ed.

283 et *om. V* tamen] quod Ed.

285 licet sit] sed sufficit Ed.

288 esse] ipesse C

290 concurrat] concurrat V

294 dicimus] diximus C, duximus Ed. posset] possit V

295 quam] in *add. et del.* C

296 primo] per se Ed.

298 scientie] scientia C V Ed., *correxi cum V*²

300 obiectum vel subiectum] s. vel o. V vel subiectum *om.* Ed.

281 *Ps.* 47, 9.

reduplicatione. In scientia autem beatorum vel viatorum deus non sub absoluto nomine, id est sub illo pelago infinitatis, nec cum reduplicatione, ut deus in eo quod deus, sed sub aliqua ratione contrahente et specificante et finiente vel limitante poterit ibi esse subiectum. Quo posito, ratione illius finitationis et specificationis scientia beatorum vel viatorum, tamquam quid finitum, a deo sic sumpto poterit accipere speciem et distinctionem a scientia quam habet deus de se ipso. 305

Sed adhuc dices, sicut in arguendo dicebatur, quod non videtur esse eadem ratio deitatis et infinitatis. Propter quod poterit deus in eo quod deus esse subiectum in sacra pagina vel in scientia beatorum, et tamen non erit ibi subiectum infinitum in eo quod infinitum vel infinitum sub ratione infinita, cum dictum sit aliam esse rationem infinitatis et deitatis. 310

Ad hoc autem dici potest quod ratio deitatis est ratio infinitatis, quod patet per Damascenum, libro primo, capitulo 12, qui vult quod nomine dei intelligitur quoddam pelagus substantie infinitum. Dato tamen quod Damascenus hoc non diceret, ipsa ratio hoc concludit. Nam *Exodi* 3, cum deus loqueretur Moysi dicens: «Ego sum deus patris tui, deus Abraham etc.», Moyse querente ab eo quod esset nomen eius, respondit: «Ego sum qui sum. Sic dices filiis Israel: qui est mittit me ad vos». Hoc ergo intelligimus nomine dei: aliquid quod non participat esse, sed est ipsum esse. Oportet autem tale quid esse infinitum, cum non sit receptum et limitatum in alio, sed sit id quod omnia entia participant et omnia possibilis esse participare possunt, iuxta illud Dionysii, 4 *De angelica hierarchia*: esse omnium est super esse deitas. Et quia infinita sunt que habent esse et que possunt habere esse, que omnia sunt apta nata par- 315 320 325

301–303 In... reduplicatione *om. hom.* C

302 infinitatis *om.* Ed.

304 finiente vel] finitante et Ed. ibi *om.* Ed.

307 et] etiam *add.* Ed. distinctionem] indistinctionem C

314 dici potest *inv.* C

316 intelligitur] intelligatur Ed. quoddam] quod C infinitum] infinite (*et infra lin.* 328) Ed.

317 hoc²] non *add.* C

322 sit] tale quid *add.* V

319 eo] illo Ed.

323 sit] sicut Ed. entia] essentia *scr. et corr.* C

320 dices] dicis C

324 possunt] possint Ed.

321 dei *om.* C participat] percipiet C

325 deitas] deitatis V

315 Cf. lin. 68.

317 *Ex.* 3, 6.

320 *Ex.* 3, 14.

324 *Ps. Dion., De ang. hier.,* 4, PG 3, 177D.

330 ticipare divinum esse, oportet quod illud esse sit infinitum. Et ista est ratio Damasceni, quare nomine dei intelligitur pelagus substantie infinitum. Nam hoc importatur nomine dei vel nomine deitatis: substantia que est ipsum esse vel substantia cuius actus est infinitum esse et que est idem quod ille actus et quod infinitum esse. Propter quod Damascenus concludit ibidem quod deus est pelagus substantie infinitum, quia habet in se omne esse, vel, quod idem est, quia hoc dicit «deus»: ipsum infinitum esse.

335 Propter quod Anselmus vult quod hoc importatur nomine dei: quicquid melius est esse quam non esse. Ergo, secundum eum, nomine dei importatur pelagus infinitarum perfectionum. Quod concordat cum Dionysio, 12 *De divinis nominibus*, quod laudare convenit eum qui est infinitorum nominum, id est infinitarum perfectionum.

340 Verum quia intellectus hominis non quiescit, ideo semper cogitat quod deus per ydemptitatem est ipsum infinitum, tamen alia ratio est deitatis, alia infinitatis. Ideo volumus declarare quod infinitas magis importatur nomine dei vel nomine deitatis quam nomine infiniti vel nomine infinitatis. Nam, ut ait Damascenus, libro primo, capitulo 4, et, 345 si ipse hoc non diceret, ipsum dictum est per se clarum, videlicet quod quoniam est deus, manifestum est, quid vero est secundum substantiam et naturam, incomprehensibile est hoc et omnino ignotum. Si ergo quid est deus secundum substantiam et naturam est incomprehensibile et omnino ignotum, quid aliud est hoc dictu nisi quod ipse deus est que- 350 dam incomprehensibilitas et quedam infinitas et quod ipsa substantia dei vel ipsa natura dei vel ipsa deitas est quedam incomprehensibilitas et quedam infinitas? Dicere ergo deum in eo quod deus vel sub ratione

330 est²] in *add.* C

335 importatur] importetur Ed.

336 quicquid] est *add. et del.* V

338 Dionysio] capitulo *add.* Ed.

339 id est] et Ed.

340 semper] propter quod Ed.

341 ratio est *inv.* Ed.

342 deitatis] infinitatis et Ed. alia] est ratio *add.* Ed. infinitatis] deitatis Ed.

344 nomine *om.* Ed. ait] accipit Ed. 347–349 Si... ignotum *om. hom.* V

345 est] esset V quod *om.* Ed. 349 est hoc *inv.* Ed.

346 quid] quod CEEd. vero] vere C 351 dei² *om.* Ed.

347 hoc et *om.* V omnino] est *add.* C 352 ergo *om.* Ed. deum] *correxi*, deus CVEd.

328 Cf. lin. 68.

335 *Ansel., Proslogion*, 5, ed. F.S. Schmitt, Stuttgart-Bad Cannstatt 1968, t. I, vol. I, p. 104.

338 *Ps. Dion., De div. nom.*, 12, PG 3, 969A.

344 *De fide orth.*, I, 4, PG 94, 797B.

deitatis esse subiectum in aliqua scientia creata, est dicere incomprehensibile in eo quod incomprehensibile et sub ratione incomprehensibilitatis vel, quod idem est, infinitum in eo quod infinitum et sub ratione infinitatis esse tale subiectum, quod est impossibile. 355

Attamen, ut magis possimus obturare ora loquentium, dicemus quod parum ante iam diximus, videlicet quod infinitas magis importatur nomine dei quam nomine infiniti. Nam nomine infiniti importatur infinitas negative. Nam hoc est infinitum, id est non finitum. Sed nomine dei importatur infinitas positive. Nam eo modo quo importatur infinitas nomine infiniti possumus intelligere infinitum. Nam non intelligitur infinitum nisi per finitum, quia secundum Augustinum, quinto *De trinitate*, capitulo 7, negatio est in eodem genere cum affirmatione. Quod ideo verum est, quia non intelligitur negatio nisi per affirmationem, iuxta illud Philosophi in *Elenchis*: semper in non facere intelligitur facere et omnino in negatione dictio, id est affirmatio. Possumus ergo intelligere infinitum, quod est negatio finiti, intelligendo finitum. Unde et Damascenus, libro primo, capitulo 4, vult quod hoc possumus intelligere de deo, quod est incorporeus, incorruptibilis, quod est incomprehensibilis, quod est infinitus. Vult ergo ibi probare Damascenus quod quid est deus secundum substantiam et naturam est incomprehensibile et omnino ignotum. Quod sic probat: quia si intelligimus deum incorporeum, incomprehensibilem et infinitum, non quid est deus, sed quid non est deus intelligimus. Sed nullus intelligit quid est aliquid, solum intelligendo quid non est illud. Intelligendo ergo talia, non intelligimus quid est deus, sed quid non est deus. Rursus, si intelligimus deum sapientem, bonum, iustum et cetera talia, non quid est 360 365 370 375

353 esse] est Ed.

354 ratione] nomine C

355 vel *om.* CV quod idem] ut Ed. ratione] nomine CEd.

356 esse tale] est Ed.

357 possimus] possumus C

358 iam *om.* V

359 infiniti² *om.* C importatur] importetur C

360 infinitas *om.* Ed. est¹ *om.* CEd. id est] vel C

361 dei *om.* V

364 trinitate] civitate dei C

370 possumus] possumus Ed. deo] eo C quod²] et V

371 est¹ *om.* CV

376 est *om.* V

373 intelligimus] intelligamus CV

377–378 quid¹... intelligimus *om. hom.* C

374–375 est deus *inv.* V

378 iustum] infinitum C

364 *De trin.*, V, 7, PL 42, 915–916; CC 50–50a, pp. 213–214.

366 *El. Soph.*, 31, 181b 28–30.

369 *De fide orth.*, I, 4, PG 94, 797B.

380 deus, sed aliquid circa deum intelligimus. Vult ergo Damascenus quod
 ista attributa et iste perfectiones quas ponimus in deo sunt quidam rivi et
 quedam pululationes comprehense in pelago substantie divine. Bonitas
 ergo, que in creaturis est qualitas, et magnitudo, que in creaturis est
 385 quantitas, in deo sunt ipsa substantia divina, iuxta illud Augustini, V *De
 trinitate*, capitulo 1: intelligimus, quantum possumus, deum sine quan-
 titate magnum, sine qualitate bonum. Nominant ergo ista attributa
 deum secundum multarum perfectionum modum. Sed «deus» nominat
 deum secundum pelagus substantie infinite, continens in se omnes istas
 infinitas perfectiones. Et ideo dicit Damascenus: si intelligis deum
 390 sapientem vel iustum et si quodcumque tale dixeris, non naturam dicis
 dei, sed que sunt circa naturam, innuens quod deus secundum suam
 naturam positive dicit quoddam pelagus substantie infinitum. Ista vero
 attributa, que non per modum unum, sed per modum multitudinis et
 infinitorum nominum nominant eum, non ipsum pelagus secundum
 395 substantiam et naturam, quod est deus, sed magis aliqua circa ipsum
 nominare videntur. «Deus» ergo dicit quoddam pelagus substantie infi-
 nitum positive, quod pelagus «infinitum» dicit negative. Quid est ergo
 infinitum intelligere possumus, quod est negatio finiti, sed quid est deus
 secundum substantiam et naturam, cum importet infinitatem positive,
 est nobis incomprehensibile et omnino ignotum. Possumus ergo de deo
 400 propter hanc infinitatem positive scire quia est, sed non quid est. Prop-
 ter quod claro clarius apparet quod deus in eo quod deus, absolute

380 sunt] sint Ed.

382 que¹ om. Ed. est² iter. Ed.

383 substantia] essentia Ed.

384 quantum... deum] d. q. p. Ed.

385 Nominant] Nominat Ed.

386 multarum... modum] mo. mul. p. Ed. deus] non add. Ed.

387 infinite] fort. pro infinitum (cfr. supra lin. 69–70, 124, 316, 328–329, 332)

388 infinitas om. V

389 et] vel Ed.

390 naturam] dei iuvenis add. V (sed iuvenis del.)

393 nominant] nominat V eum] enim Ed.

394 magis] potius V

396 Quid] Quod Ed.

397 quod] quia Ed.

398 secundum om. CV et] aut V importet] important V infinitatem] passive add. et del. C

399 omnino om. Ed.

400 non quid] numquid C

401 quod¹] hec Ed. claro om. Ed.

383 *De trin.*, V, 1, PL 42, 912; CC 50–50a, p. 207.

388 *De fide orth.*, I, 4, PG 94, 799C.

loquendo, nisi determinetur cum aliqua determinatione, subiectum vel obiectum in aliqua scientia creata esse non potest. Advertendum autem quod «deus» et quelibet perfectio dei dicit quid infinitum, sed quomodo hoc sit, infra dicitur. 405

Hiis autem omnibus excursis, volumus ostendere quod sub ratione speciali deus est subiectum in scientia beatorum et per consequens etiam est hoc modo subiectum in sacra pagina vel in scientia viatorum. Invenimus enim de cognitione beatorum in sacra pagina, quantum ad cognitionem dei, triplicem modum dicendi: unum modum Apostoli, 410 prima *Ad Corinthios* 13: nunc cognosco ex parte, tunc autem, id est in patria, cognoscam sicut et cognitus sum, qui modus videtur esse proprius ipsius patrie. Alium modum dicendi invenimus prima *Iohannis* 3, quod videbimus eum sicuti est. Et iste modus videtur esse patrie per differentiam ad modum cognitionis in via. Invenimus et tertium modum 415 dicendi ab eodem Apostolo, prima *Ad Corinthios* 13, quod nunc videmus per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Et iste modus videtur comprehendere utrumque, videlicet cognitionem vie et patrie.

Propter primum sciendum quod quilibet beatus in patria cognoscat deum sicut cognitus est a deo. Sed cognitus est a deo per essentiam dei, non per essentiam suam. Deus enim cognoscit quemlibet beatum per essentiam suam, non per essentiam beati, ita quod ratio cognoscendi beatum in deo est ipsa dei essentia. Sic etiam in deo ratio cognoscendi deum est essentia dei. Illo ergo eodem medio quo deus cognoscit deum, 425 beatus cognoscit ipsum. Prout ergo deus cognoscit beatum et beatus deum, est ibi assignare aliam et aliam rem cognitam, sed non alium et

- 403 autem] tamen Ed. 407 etiam *om.* Ed.
 404 dicit] dicitur Ed. 408 est *post* modo Ed.
 405 infra] inferius Ed. 409 quantum] quam C
 411 Corinthios] capitulo *add.* (*et infra lin.* 416) Ed.
 413 patrie] vie *add.* V Iohannis] capitulo *add.* Ed.
 414 sicuti] sicut C modus] est *add.* V
 417 speculum] et *add.* VEd. in *om.* V
 418 utrumque] utramque Ed.
 422 essentiam] dei *add. et del.* C
 424 dei] divina V
 425 essentia] esse C
 426 Prout] potest CV deus] beatus Ed. cognoscit²] cognoscere CV
 427 ibi assignare *inv.* Ed.

- 411 I *Cor.* 13, 12.
 413 I *Iob.* 3, 2.
 416 I *Cor.* 13, 12.

alium medium cognoscendi, quia ipsa essentia divina erit medium in
 utraque cognitione. Cum ergo deus cognoscit beatum per essentiam
 430 suam, «eum cognoscit» sub speciali ratione, quia secundum Augusti-
 num, *Octoginta trium questionum* questione de ydeis, non eadem ratione
 constitutus est homo et equus, et ait quod singula – quod potest exponi
 de ipsis singularibus – propriis sunt creata rationibus; sed ita producit
 deus res sicut eas novit, quia secundum Augustinum, XV *De trinitate*,
 435 non quia deus producit res, ideo novit, sed quia novit, ideo producit. Si
 ergo sicut res sunt note a deo, sic sunt producte, cum omnia sint pro-
 ducta a deo secundum speciales rationes, omnia erunt nota a deo
 secundum speciales rationes. Quilibet ergo beatus est notus a deo per
 essentiam dei, prout illa essentia est specialis ratio cognoscendi illum
 440 beatum. Et quia sic deus cognoscitur a beato, sicut beatus cognoscitur a
 deo, cum hoc sit sub speciali ratione, consequens est quod deus sit
 cognitus a beato sub speciali ratione. Quod totum contingit ex finitate et
 limitatione creature, ut quia omnis creatura est certis limitibus circum-
 scripta, ideo sub speciali ratione representatur in deo et habet ydeam in
 445 deo, ut patuit per Augustinum, capitulo de ydeis. Videt ergo beatus
 deum per essentiam dei, sed non in illo pelago infinito, sed sub quadam
 speciali ratione. Ex hoc ergo poterit sumi una ratio quare deus sub
 speciali ratione erit subiectum vel obiectum in scientia beatorum et per
 consequens viatorum.

450 Secundum autem quod invenimus de cognitione dei in patria, quod
 videbimus eum sicuti est, quod potissime dictum est de cognitione dei in
 patria per differentiam ad cognitionem dei in via. Nam cognitio dei in
 via magis est per quid non est quam per quid est, quia secundum
 Dionysium, 2 *De angelica hierarchia*: hoc enim, ut estimo, est potentius
 455 genus in ea, id est in cognitione dei, videlicet per negationem quam per
 affirmationem. Et in eodem capitulo scribitur quod negationes de deo

428 medium¹] modum VEd.

429 cognoscit] cognoscat Ed.

434 eas novit *inv.* Ed. trinitate] capitulo (+ *lac.*) *add.* Ed.

439 specialis ratio *inv.* Ed.

445 patuit] patui C

440 sic... sicut] sicut... sic Ed.

451 eum] deum V

441–442 consequens... ratione *om. hom.* Ed.

453 magis est *inv.* Ed.

442 totum] dictum Ed. finitate] finitatione Ed.

quid²] quod *add. et del.* C

443 ut] et Ed. limitibus] limitationibus Ed.

455 in² *om.* V dei *om.* V

431 *De diversis quaest. LXXXIII*, q. 46, PL 40, 30; CC 44a, p. 72.

434 *De trin.*, XV, 13, PL 42, 1076; CC 50–50a, p. 495.

445 *De diversis quaest. LXXXIII*, q. 46, PL 40, 29–31; CC 44a, pp. 70–73.

454 *Ps. Dion., De ang. hier.*, 2, PG 3, 140D.

456 *Ps. Dion., De ang. hier.*, 2, PG 3, 141A.

sunt vere, affirmationes vero sunt incompacte. In via ergo magis cognoscimus deum per quid non est, sed in patria videbimus sicuti est. Sed «sicut» et «sicuti» et cetera talia adverbia dicunt similitudinem, non equalitatem. Videbimus ergo eum sicuti est et similes erimus ei, cognoscendo ipsum. Non tamen propter hoc erimus equales ei etiam in cognitione, quia deus etiam in patria erit vincens scientiam nostram, quod non esset, si videremus deum in illa infinitate. Videbimus ergo rem infinitam, sed sub ratione finita et sub speciali ratione. 460

Tertium quod dicitur de cognitione dei in patria, quod nunc videmus per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Videmus ergo nunc in via deum per speculum, quia non videmus ipsum in se, sed videmus ipsum per creaturas, in quibus relucet similitudo dei quasi in quodam speculo. Sed tunc in patria videbimus deum facie ad faciem, quia tunc videbimus ipsam rem et ipsam essentiam. Sicut ergo facies per oculus quem habet videt aliam faciem, sic in patria anima beata per intellectum quem habet videbit deum. Et sicut facies visa ab oculo generat in oculo actum videndi se ipsam et non generat ibi aliam speciem differentem realiter ab illa visione vel ab illo actu videndi, ut plane vult Augustinus, X *De trinitate*, capitulo 2, sic deus in patria, non imprimendo aliam speciem in intellectu beatorum, sed solum ipsum actum intelligendi vel ipsam visionem intellectivam, videbitur a beatis. Et quia ille actus intelligendi vel illa visio intellectiva est quid finitum, oportet quod deus sub ratione finita, quam vocamus rationem specialem, videatur a beatis in patria. Visio ergo per quam deus videt se est 470 475 480

457 affirmationes *iter.* V incompacte] incomparate C

458 per] propter Ed. videbimus] cognoscimus *scr. et mg. corr.* C, deum *add.* V

459 et¹ *om.* V

460 ei] in V

462 etiam *om.* Ed.

463 ergo] et *add.* Ed.

465 dei *om.* CV nunc] non C videmus] videbimus CV

466 speculum] et *add.* CEd.

467 via] viam C

469 deum *post* faciem Ed.

470 Sicut] si C, sic V ergo] scientia *add. et del.* C

471 videt] vidit C

472 Et *om.* C oculo] oculum V

475 X] 10 Ed.

477 ipsam] illam Ed.

478 ille *om.* C finitum] infinitum C

475 *De trin.*, X, 3, PL 42, 975; CC 50–50a, p. 317.

quid infinitum, quia est ipse deus; sed visio qua beati vident deum est
 quid causatum et quid creatum a deo. Quantum ergo ad actum videndi,
 deus in eo quod deus videt se ipsum, sed videtur a beatis quantum ad
 huiusmodi actum videndi vel quantum ad huiusmodi visionem per
 485 aliquid creatum et modo finito, ut sit hoc modo obiectum scientie
 beatorum. Et quia hoc modo quo videbimus in patria, credimus de ipso
 in via, oportet quod deus sub ratione finita vel sub ratione speciali sit
 obiectum vel subiectum in sacra pagina, que est scientia viatorum.

Ulterius forte dubitaret aliquis quomodo infinitas se habeat ad
 490 deum, quia hoc multum valebit ad intelligendum difficultatem propo-
 sitam. Dicendum quod oportet dare in rebus quandam rem infinitam
 actu positivo quantum ad esse, a qua omnia alia processerunt. Hec
 autem res sic infinita, que est causa et principium omnium aliorum,
 dupliciter potest nominari, quia vel nominabitur per quid est vel per
 495 quid non est. Et si nominetur per quid est, dupliciter poterit hoc
 contingere, quia illud nomen vel imponetur substantie et nature illius
 rei vel imponetur perfectionibus nature eius.

Primo modo nominatur illa res infinita hoc nomine «deus». Nam
 «deus» est nomen substantie et nature. Dicit enim hoc nomen «deus»
 500 substantiam et naturam illius rei infinite.

Sed si nomen imponatur perfectionibus nature et substantie illius rei
 infinite, sic imponuntur nomina ipsis attributis, ut «iustus», «sapiens»,
 «potens» et cetera talia. Et quia perfectiones competentes nature divine
 sunt infinite, ideo deus hoc modo potest esse infinitorum nominum,
 505 quia in deo congregantur, secundum Philosophum, perfectiones om-
 nium generum. Quod verum est non solum quantum ad perfectiones
 que actu sunt, sed etiam quantum ad perfectiones que possunt esse, quas

482 causatum et quid *om.* C

485 ut *om.* V [scientie] scientia Ed.

486 quo *om.* V

487 sub ratione² *om.* Ed.

489 habeat] habet V

490–491 propositam] propriam Ed.

491 Dicendum] Dicemus ergo Ed.

492 qua] quo C

494 quia *om.* V, *post* vel¹ C

495 nominetur *om.* Ed.

497 imponetur *om.* Ed.

502 sic] sicut Ed.

503 talia *om.* CV

504 deus *post* hoc modo Ed.

505 *Metaph.*, V, 16, 1021b 32–34 (cf. *Averroes, In Metaph.*, V, 16, t. c. 21, ed. Venetiis, apud Iunctas 1562–1574, ristampa Minerva, Frankfurt 1962, f. 131B.

constat esse infinitas. Secundum quem modum merito dictus est deus
 infinitorum nominum. Huiusmodi autem attributa non dicuntur esse
 imposita nature divine, sed perfectionibus competentibus illi nature. Et 510
 si dicantur talia nomina attributorum esse imposita nature divine, hoc
 non erit formaliter, sed per ydemptitatem, quia omnia talia transeunt in
 naturam divinam. Nec dicuntur synonyme talia attributa, cum secun-
 dum Commentatorem, in XII *Metaphysice*, vivere et vita non dicuntur
 de deo synonyme. Cum ergo ista, videlicet vivere et vita, videantur 515
 respicere unum et idem attributum, ideo, si non dicuntur synonyme,
 multo magis nomina imposita pluribus attributis non dicentur syno-
 nime.

Advertendum tamen quod, cum dicimus deum potentem, sapien-
 tem, iustum et cetera talia, ratione affirmationis videmur dicere quid est 520
 deus. Sed, ut patuit per Damascenum, hec nomina non dicunt quid est
 deus, quia non dicunt naturam et substantiam dei proprie et formaliter
 loquendo, sed per ydemptitatem tantum. Et ideo dicit Damascenus
 quod ista non dei naturam, ut supra patuit, sed aliqua circa naturam
 nominant, vel nominant non naturam dei, sed aliqua secundum natu- 525
 ram dei. Nam deus secundum suam naturam habet in se omnes istas
 perfectiones. Iste ergo perfectiones sunt aliqua attributa divine nature.
 Ex suo tamen modo significandi, non naturam dei, sed aliqua circa
 naturam dei vel secundum naturam dicunt. Possunt autem hec ex suo
 modo significandi dici non ipsa natura, sed attributa nature. Et quia 530
 omnia talia sunt attributa deo, cogimur ponere quod hoc nomen «deus»
 sit impositum ipsi nature et substantie divine. Sed hec nomina attribu-

508 dictus] deus *scr. et corr.* C, *post* est V

509 infinitorum nominum] infinitus Ed.

510 nature divine *inv.* Ed.

514 in *om.* Ed. *Metaphysice supplevi cum* Ed. vita] in deo *add.* V dicuntur] dicantur C

515 de] in C de deo *om.* V synonyme] sed proprie *add.* Ed. ergo *om.* Ed.

519 tamen] autem C quod *om.* Ed. sapientem *om.* Ed.

520 iustum] pium *add.* Ed. talia *om.* Ed. videmur] videntur V, videtur Ed.

522 dei] eius V

523 sed] hec C

524 non] dicunt *add.* Ed.

526 suam naturam *inv.* V

527 Iste... perfectiones² *om. hom.* C

528 tamen] suo *add. et del.* C

531 deo *om.* C

532 divine] vel nature *add.* Ed. attributorum] que *add.* Ed.

514 *In Metaph.*, XII, 3, t. c. 39, *ed. cit.*, ff. 322H–323B.

521 Cf. lin. 388.

torum sunt imposita perfectionibus illius substantie vel nature. Sed hoc
 nomen «deus» est impositum ipsi substantie vel nature. Habebunt se
 535 ergo hec nomina attributorum, que possunt esse infinita, ad ipsam
 naturam dei tamquam perfectiones eius. Et ideo ipsa natura dei dicit
 illam rem que est deus quasi quoddam pelagus infinitum continens
 omnes istos rivos et omnia ista flumina perfectionum. Habebit se ergo
 natura dei quasi mare et pelagus infinitum in quo comprehenduntur
 540 omnes isti rivi et omnia ista flumina perfectionum. «Deus» ergo est
 nomen impositum nature.

Quod patet, quia sicut illi nature attribuuntur omnia ista, sic ipsi
 deo, tamquam significanti naturam illam, omnia ista sunt etiam attri-
 buta. Et ideo dicitur solus potens, solus rex seculorum, solus immortalis
 545 et invisibilis. Omnia ergo attributa nature divine, sive nominentur
 affirmative sive negative, dicuntur esse attributa soli deo, quia solum
 hoc nomen «deus» impositum est ad significandum illam substantiam et
 naturam, cui omnia hec sunt attributa. Omnia enim nomina competen-
 tia illi rei infinite, de qua loquimur, possunt dici significare perfectiones
 550 attributas illi rei infinite. Hoc autem nomen «deus» substantie et nature
 illius rei est impositum, cum soli deo omnia hec attribuuntur. Poterit
 ergo secundum aliam et aliam linguam multis vocabulis nominari deus,
 sed non loquendo de deo ut est trinus, sed ut est unus, cum omnia
 nomina dei vel significant ipsa attributa vel substantiam et naturam,
 555 cuius sunt attributa, cum omnia talia attribuuntur soli deo. Solum hoc
 nomen «deus» erit impositum ad significandum illam substantiam et
 naturam. Si autem inveniantur plura nomina talia, erunt plura secun-
 dum linguas vel secundum vocabula, non secundum significationes, vel
 erunt plura nomina, sed synonyma.

560 Habito quomodo affirmative dicuntur nomina de deo, leve est
 videre quomodo dicuntur negative. Que omnia, excepto hoc nomine

533–534 Sed... nature *om. hom.* C

537 est deus *inv.* C

539 natura] nomen C quo] qua Ed.

545 divine] dei C

551 attribuuntur] attribuuntur V

554 significant] significant C

555 talia *om.* Ed. atribuuntur] attribuuntur C

557 inveniantur] inveniuntur Ed.

558 significationes] significationem Ed.

558–559 vel erunt *iter.* C

559 sed] secundum Ed.

«deus», quod impositum est illi substantie vel nature, cetera alia nomina, nisi sint synonyma, sive sint affirmativa, sive negativa, possunt dici nomina attributorum. Nam sicut deo attribuimus perfectiones quas videmus in aliis rebus affirmative, sic possumus ei attribuere negationes imperfectionum, quas videmus in aliis rebus. Et quia ex imperfectione contingit quod aliquid sit mortale, corruptibile, comprehensibile et finitum, possumus negationes istorum attribuere deo, ut dicamus ipsum esse immortalem, incorruptibilem, incomprehensibilem et infinitum. 565

Si ergo idem dicit hoc nomen «deus» et hoc nomen «infinitum», videtur tamen unum ab alio dupliciter differre, quia hoc nomen «infinitum» dicitur de natura divina per attributionem et negative, sed hoc nomen «deus» importat illam naturam infinitam per significationem et positive. Per significationem quidem, quia impositum est hoc nomen «deus» ad significandum illam naturam infinitam. Positive vero, quia non significat illam naturam infinitam negative, sed positive, prout est quoddam pelagus omnium perfectionum et prout est quoddam pelagus substantie omnes perfectiones continens, quod sine infinitate positiva esse non potest. Propter quod Damascenus ipsum deum dicit esse pelagus substantie infinitum. Et quia magis est dicere aliquid positive quam negative, hoc nomen «deus» excellentius dicit infinitatem divine substantie vel nature, cum dicat eam quasi quoddam pelagus omnium perfectionum positive, quam dicat hoc nomen «infinitum», importans de se infinitatem negative. 570 575 580

Utrumque ergo repugnat actualiter scientie create: infinitas negative et positive, sed per amplius et perfectius repugnat infinitas positive, cum negatio affirmationi innitatur et negativum ex positivo sumat originem. Nam supposita constantia vel existentia subiecti, numquam competit aliquid alicui negative, nisi quia competit ei aliquid positive, 585

562 impositum est] imponitur Ed.

566 in aliis] a suis C

567 contingit] competit Ed. aliquid] quid Ed. mortale] materiale Ed. et *om.* V

568 istorum] istarum V

569 incorruptibilem] et infinitum et *add.* C

573 deus *om.* C importat] importabit Ed.

575 vero] autem Ed.

577 quoddam² *om.* C

578 infinitate positiva] infinite positive C

581 deus *om.* Ed.

585 Utrumque] utrum C

586 perfectius] excellentius C, seu excellentius *add.* V

587 et] etiam C

589 competit aliquid *inv.* V alicui negative *inv.* Ed. aliquid positive *inv.* Ed.

590 propter quod illud verificabitur negative. Quare si est inconueniens in
 scientia beatorum vel viatorum dicere infinitum in eo quod infinitum
 esse subiectum, non minus, immo magis est inconueniens dicere quod
 deus in eo quod deus est ibi subiectum. Nam magis importatur infinitas
 nomine dei, quia importatur infinitas positive, quam nomine infiniti,
 595 per quod importatur infinitas negative. Hoc est enim infinitum, quan-
 tum est de se, quod non finitum.

Quod autem nomine dei importetur infinitas positive, patet. Nam
 non possumus melius intelligere quid importatur nomine dei quam
 intelligendo aliquid quod non participet esse, sed sit ipsum esse purum,
 600 non receptum in alio, non finitum per aliud. Et ideo per esse notificavit
 deus se ipsum, dicens, *Exodi* 3: «Qui est misit me ad vos». Tale autem
 esse non receptum in alio, non limitatum per aliud, oportet esse purum
 et infinitum. Et ideo per non mixtam potentiam, in qua recipiatur et per
 quam limitetur et finiatur, potissime significatur deus, iuxta illud Com-
 605 mentatoris, in X *Metaphysice*: deus est actus purus cui non est admixtum
 aliquid de potentia.

Ad primum dicendum quod nobilissime scientie debetur nobilissi-
 mum subiectum. Sed minor est falsa, quod scientia viatorum vel bea-
 torum quam habent de deo sit nobilissima, quia adhuc est nobilior
 610 scientia quam habet deus de se ipso. Secundum ergo nobilitatem scientie
 assignabitur nobilitas subiecti, ut scientia divina quam habet deus de se
 ipso habeat omnino nobilissimum subiectum, videlicet deum in eo
 quod deus, id est in illo pelago infinitatis. Scientia beatorum, que non est

590 si *om.* Ed. inconueniens] inconsequens (*et infra lin.* 592) Ed.

592 non] multo Ed.

594 importatur infinitas] importat infinitatem Ed.

595 per... negative] quia importat negative infinitatem Ed.

596 non] est *add.* V

597 dei *interl.* V importetur] importatur V

598 importatur] importetur Ed.

599 non *om.* Ed. participet] participat VEd. esse¹ *om.* C sit *om.* Ed. ipsum esse
inv. Ed.

600 receptum] recipitur (*et infra lin.* 602) Ed.

601 deus *post* se ipsum Ed. autem] ergo Ed.

603 ideo] non V, nature Ed. per²] in *scr. et corr.* C

604 limitetur] limitatur CEd. significatur] significat Ed.

605 in *om.* Ed. *Metaphysice* *supplevi cum* Ed.

608 quod] quia Ed. viatorum vel beatorum] b. vel v. V

609 nobilior] est *add.* V

613 id] ut Ed. est² *om.* C

601 *Ex.* 3, 14.

605 *In Metaph.*, X, 4, t. c. 7, *ed. cit.*, f. 257B.

ita nobilis, habebit deum pro subiecto non ut deus, id est in illo pelago
 infinitatis, sed habebit eum sub aliqua ratione finita, prout ad divinam 615
 essentiam attingit status vel visio beatorum. Et ideo sub hac ratione et
 condicione erit ibi deus subiectum, prout glorificator et beatificator
 eorum. Si autem poneretur ibi ut restaurator, hoc erit ratione materie in
 qua loquimur, quia hoc modo deus est beatificator beatorum quo est
 restaurator eorum, quia secundum Augustinum nullus umquam salvari 620
 potuit sine fide mediatoris. Sed in sacra pagina, que est adhuc minus
 nobilis, erit deus subiectum sub speciali ratione, ut glorificator noster,
 non ut per speciem visus, secundum quem modum est in scientia bea-
 torum, sed per fidem creditus, secundum quem modum est obiectum in
 scientia viatorum. Ad formam autem arguendi, quod theologia est 625
 nobilissima scientia, verum est respectu scientiarum humanitus inven-
 tarum, sed non est nobilissima respectu scientie beatorum et dei.

Ad secundum dicendum quod illud est subiectum in scientia propter
 quod omnia alia queruntur et ad quod omnia alia ordinantur, quia ad
 cognitionem subiecti omnia que sunt in scientia ordinantur vel princi- 630
 paliter vel saltem aliquo modo. Omnia ergo que sunt in theologia
 ordinantur ad cognitionem dei que perfectiori modo potest haberi de
 ipso. Sed ista non est cognitio dei in eo quod deus, simpliciter et absolute
 loquendo, sed hoc erit aliquo addito vel aliqua condicione adiecta, ut
 patet ex principali solutione prime questionis. Argumentum ergo magis 635
 concludit oppositum quam propositum.

Ad tertium dicendum quod lumen intellectus beatorum immediate
 fertur in deum ut est deus obiective, quia divina essentia est immedia-
 tum obiectum beatorum, et etiam intellectus beatorum fertur in deum ut
 est deus secundum rationem obiecti, quia ipsa essentia divina non solum 640
 secundum se ipsam est obiectum beatorum per se ipsam, sed etiam est ibi

614 subiecto] obiecto V

616 ideo] ita Ed. et] vel C

619 beatorum] sanctorum Ed. quo] quod CV

621 potuit] possit C que] que(m) *scr. et corr.* V

628 propter] ad C

629 alia¹] *reducuntur add. et del.* C alia² *om.* Ed.

629–630 quia... ordinantur *om. hom.* C

632–633 que... dei *om. hom.* C

632 modo] quo *add.* Ed.

634 adiecta] addita Ed.

638 ut] et CV

639 et etiam] etc. Ed.

620 Apud *Petri Lombardi Sent.* III, dist. 25, cap. 1, ed. PP. Collegii S. Bonaventurae Ad Claras Aquas, (Spicilegium Bonaventurianum V), t. II, Grottaferrata (Romae) 1981, p. 153.

ratio videndi se ipsam, quia beati vident divinam essentiam per divinam
 essentiam, non per aliam speciem. Sed tamen, quantum est ex parte
 actus visionis, beati non vident deum per se ipsum, quia ille actus
 645 visionis non est quid increatum, sed quid creatum, et non est quid
 infinitum, sed quid finitum. Ex hoc ergo manifeste concluditur quod
 sub aliqua ratione finita et ex hoc sub aliqua ratione speciali beati
 feruntur in deum, et non per omnem modum feruntur in deum in eo
 quod deus, ut videant eum sub illo pelago infinito. Et si dicatur quod
 650 videtur ibi deus in eo quod deus non per omnem modum, sed per
 aliquem modum vel aliquos modos, tunc est idem quod esse ibi obiec-
 tum deum in eo quod deus, non simpliciter, sed sub aliqua ratione
 speciali. Verum quia argumentum arguebat ex lumine et fundabat se
 super lumine beatorum, quod est lumen supernaturale, accipiens simi-
 655 litudinem ex nostro lumine naturali, respondebimus ad argumentum
 prefatum quod magis concludit oppositum quam propositum. Nam
 lumen illud glorie vel illa gratia consummata per quam beati vident
 deum, est quid creatum et quid finitum. Propter quod sub ratione finita
 et per consequens sub aliqua ratione speciali deus est subiectum vel
 660 obiectum in scientia beatorum et multo magis in scientia viatorum.

Ad quartum dicendum quod sicut beati feruntur in deum in eo quod
 deus, ita nos suo modo per articulos fidei ferimur in deum in eo quod
 deus, quia sicut beati vident divinam essentiam, et ratio videndi eam est
 ipsa divina essentia, sic nos per articulos fidei ferimur in primam veri-
 665 tatem. Et rationem per quam credimus articulis dicimus esse primam
 veritatem obiective, et quantum ad rationem obiecti, eo modo quo est
 possibile, ferimur in deum per fidem tamquam in primam veritatem.

643 essentiam *om.* C

644 actus²] intellectus *add. et del.* C

645 creatum] increatum *scr. et corr.* V

647 ex... ratione² *om.* Ed. hoc] sub hoc *add.* V

649 Et] Quod VEd.

651 aliquem... vel *om.* Ed. vel] per *add.* V

652 deum] *correxi*, deus CV, *om.* Ed. ratione] nature *add. et del.* C

658 quid¹... et *iter.* C quid² *om.* V

659 sub] ratione *add.* C aliqua ratione *inv.* V

661 dicendum] dicitur Ed.

663 eam] eum C

664 ipsa] ibi Ed. divina essentia *inv.* Ed. primam] ipsam Ed.

665–666 Et... veritatem *om. hom.* C

666 quo] quod CV

667 veritatem] virtutem C

Sicut ergo se habent beati videndo deum, ita suo modo habemus nos
 credendo ei et credendo eum. Sed licet sit ita secundum pretactos
 modos, non est ita per omnem modum nec in beatis quantum ad 670
 visionem, que succedit fidei, nec in nobis quantum ad fidem, cui suc-
 cedit visio. Sicut ergo in beatis visio eorum non est ipse deus, sed est quid
 creatum et quid finitum, sic in nobis fides non est ipse deus, sed est quid
 creatum finitumque. Sicut ergo beati per speciem, id est per visionem
 apertam, feruntur in deum per rationem finitam et per consequens per 675
 rationem specialem, sic nos, et multo magis, per fidem et per articulos
 fidei ferimur in deum sub ratione finita et per consequens sub ratione
 speciali.

Ad quintum dicendum quod intellectus noster prius fertur in id
 quod est prius quam in id quod est posterius, et prius fertur in absolutum 680
 quam in respectivum. Tamen posteriora causantur ex prioribus et
 respectiva sumunt originem ex absolutis. Et ideo in visione beatorum, si
 ipsa absoluta, que se habent ut priora, dicunt rationem finitam et per
 consequens specialem, ipsa etiam relata, que se habent ut posteriora,
 dicunt rationem finitam et specialem. Sic ergo se habet in beatis quod 685
 ipsa divina essentia per se ipsam, non per aliam speciem, causat actum
 intelligendi et videndi se ipsam in ipsis beatis. Et quia ille actus intel-
 ligendi vel ille actus visionis est quid finitum, ut sepe sepius replicatum
 est, oportet beatos sub ratione finita et per consequens sub ratione
 speciali ferri in deum. Et si hoc veritatem habet in scientia beatorum, 690
 quod sub ratione finita et per consequens sub ratione speciali feruntur in
 deum tamquam in obiectum, multo magis hoc veritatem habet in scien-

668 Sicut] sic C se habent] solvunt (*et infra lin.* 684) C modo] nos *add.* V

669 credendo ei] tradendo C secundum] per Ed.

671 nec] ut *scr. et corr.* C fidem] finem C

673 quid¹ *om.* Ed. sic... finitumque (*lin.* 674) *om. hom.* CEd.

674 finitumque] *fort. pro:* et finitum

676 sic] sicut V

677 sub ratione finita] per rationem finitam Ed.

681 ex] a V

682 si] sed C, *om.* Ed.

684 consequens] etiam *add.* V etiam] enim C

685 dicunt] dicant C, dicunt V

687 videndi] deum *add. et del.* C ipsis] hiis C, *post* beatis Ed.

688–689 replicatum est *inv.* Ed.

690 ferri] ferimur C

691–692 quod... obiectum *om.* Ed.

692 hoc... habet *om.* Ed.

tia viatorum. Visio ergo divina, per quam beati dicuntur beatitudinem
 695 habere, potest dici quid absolutum et quid prius respectu aliorum
 sequentium. Si ergo illa visio est quid finitum et ex visione illa arguimus
 quod beati sub ratione finita et sub ratione speciali deum vident, glo-
 rificatio, que secundum rationem intelligendi videtur esse quid sequens
 visionem illam, si habet quendam modum relativum ex illa visione,
 700 multo magis erit quid finitum. Et si sub ratione illa ponatur deus esse
 obiectum vel subiectum in scientia beatorum, sub ratione finita et spe-
 ciali dicetur esse tale obiectum vel subiectum in scientia viatorum vel in
 theologia.

Et per hoc patet solutio ad sextum, quia non erat differentia inter
 argumentum quintum et sextum nisi quia quintum fundabatur super
 705 differentia prioris et posterioris, sextum super differentia absoluti et
 relati, quorum utrumque est hic solutum.

Ad septimum dicendum quod, posito quod idem sit subiectum in
 scientia beatorum et viatorum et non sit differentia nisi quantum ad
 lumen, quia illi vident sub lumine claro et per visionem apertam, nos
 710 sub lumine tenebroso et per speculum in enigmate, sed cum ipsi beati, ut
 patet per habita, videant sub ratione finita et per hoc sub ratione speciali,
 multo magis viatores cognoscent sub ratione finita et sub ratione spe-
 ciali. Quod si dicatur quod beati vident deum in eo quod deum, patet
 quod beati non vident deum secundum quod deum per omnem modum,
 715 sed solum obiective et quantum ad rationem obiecti. Quantum autem ad
 actum videndi et quantum ad lumen sub quo vident deum, non vident
 deum secundum quod ipsum, nec vident deum secundum quod deum,
 sed vident deum secundum quid creatum et finitum et secundum ratio-
 nem finitam et specialem. Que omnia, ex quo sunt in scientia beatorum,
 720 multo magis oportet esse in scientia viatorum.

695 est] per *add.* V

696 sub ratione² *om.* Ed. deum vident *inv.* Ed.

698 si] et se Ed. habet] habeat V quendam modum] quodammodo Ed.

700 obiectum vel subiectum] s. vel o. (*et infra lin.* 701) Ed. et] vel Ed.

701 esse] etiam Ed. scientia] beatorum sub ratione finita et speciali (*cfr. lin.* 700) *add.* C

703 ad] 7^m *add. et del.* V

704 argumentum *om.* V, *post* sextum Ed.

705 differentia¹⁻²] differentiam Ed. sextum] autem *add.* Ed.

707 sit] dicendum *add. et del.* C, scientia *add. et del.* V

708 et²] beatorum *add.* C

713 deum²] deus V

714 deum¹ *om.* C secundum] in eo *scr. et corr.* C

716 quo] alio C

717 nec vident] ut videant V

Ad octavum dicendum quod subiectum presupponitur in scientia et queritur in scientia. Supponitur quidem quantum ad cognitionem incompletam, quia oportet de subiecto presupponere quia est et quid est et quod dicitur per nomen subiecti. Sed queritur in scientia subiectum quantum ad cognitionem completam. Et ideo dicit Apostolus *Ad Hebreos* 11 quod accedentem ad deum oportet credere quia est et quia inquirentibus se remunerator sit. Presupponitur ergo in scientia theologiae et in eo quod vult accedere ad fidem quia deus est et quia est remunerator, id est glorificator noster, sub ratione incompleta, et queritur et declaratur hoc idem in eadem scientia sub ratione completa. 730

Ad nonum dicendum quod, cum dicitur quod, si deus ut glorificator est subiectum in scientia beatorum et per consequens viatorum, quid reduplicat ibi «ut glorificator»? Vel virtutem divinam vel actionem vel effectum. Dicendum quod virtus divina potest ibi appellari ipsa divina essentia ut virtualiter agit in intellectu beatorum et ut est immediatum obiectum eorum. Actio autem divina potest appellari ratio obiecti, per quam ipsa essentia divina offert se intellectui beatorum. Effectus autem divinus, quantum ad beatitudinem illam, potest vocari ipsa visio, que est effectus essentie divine ut est obiectum beatorum et ut est ratio obiecti, quia non per aliam speciem, sed per se ipsam divina essentia se offert intellectui beatorum. Cum ergo queritur quid reduplicat ibi «ut glorificator» vel «in eo quod glorificator», dicemus quod reduplicat ibi ipsam divinam essentiam vel virtutem divine essentie, ut est obiectum beatorum et ut immutat intellectum beatorum, quia per se ipsam est tale obiectum et per se ipsam immutat intellectum beatorum. Sic etiam reduplicat divinam actionem, que est ipsa divina essentia ut est ratio obiecti et ut est ratio videndi se ipsam, quia sicut divina essentia non per aliud obiectum videtur, sed per se ipsam, sic non per aliam rationem videndi videtur, sed per se ipsam, quia non per aliam speciem, sed per se 745

722 in scientia *om.* Ed. quidem] quid V

724 et *om.* CV

728 accedere] accedendo Ed. quia²] *correxi*, qui CVED.

731 si *om.* Ed.

733 actionem] essentiam V

740 divina] divinam *scr. et corr.* C

741 queritur *om.* C

744 immutat] invitatur (*et infra lin.* 745, 750) C

744–745 per... et *iter.* V

745 ipsam] est tale obiectum *add. et del.* C Sic] sicut V

748–749 sic... ipsam *om. hom.* Ed.

725 *Hebr.* 11, 6.

750 ipsam immutat intellectum beatorum. Sed quantum ad reduplicationem
 effectus, cum effectus huius immutationis vel huius obiecti et rationis
 obiecti sit ipsa divina visio, que non est ipsa divina essentia, dicere
 possumus quod deus non per se ipsum, sed per illam visionem, que est
 755 quid creatum et quid finitum, videtur a beatis. Propter quod sub ratione
 finita et sub ratione speciali videtur ab eis. Quod autem additur in
 argumento, quod hoc non erit ex parte dei obiective, sed erit ex parte
 nostra et ut est aliquid in nobis, argumentum declarat propositum
 nostrum. Nam quia visio illa beata facta in intellectu beatorum ex
 immutatione divine essentie et sub ratione divine essentie est quid
 760 creatum et quid in nobis receptum, ideo est quid finitum et limitatum,
 quia nulla creatura immutationem infinitam potest recipere. Non est
 ergo ex parte dei qui se offert beatis quantum potest et offert se totum,
 sed hoc est ex parte nostra et ex parte beatorum, qui non possumus
 ipsum totum et totaliter capere. Ideo dicit Augustinus, loquens de deo,
 765 primo *Confessionum*, circa principium: omnia te toto implet, sed nulla res
 te totum capit. Ex defectu ergo nostro est quod, etiam existentes beati,
 non possumus deum totum et totaliter capere. Propter quod etiam in
 patria sub ratione finita, et per consequens sub ratione speciali, erit deus
 subiectum scientie nostre et obiectum intellectus nostri, et multo magis,
 770 cum hoc modo sit in patria, est hoc modo in via.

Ad decimum, quod alia est ratio infinitatis et deitatis, sufficienter
 responsum est per ea que dicta sunt in principali questione et per ea que
 dicta sunt in questione ulterius annexa questioni principali.

751 cum effectus *om. hom.* Ed.

752 divina¹] essentia *add. et del.* V

753 quod *om.* V

756 erit² *om.* Ed.

757 et *om.* Ed.

758 nostrum *om.* Ed. Nam] non CV (*sed corr.* V)

760 receptum] et *add.* C

763 est *om.* CV

764 totaliter] corporaliter CV Ideo] nulla res *add. et del.* C loquens *om.* V deo *om.* C

765 omnia] alia V

766 etiam *scr. et del.* C beati] etiam *add.* C

767 totaliter] corporaliter Ed.

770 modo²] etiam V

771 decimum] dicendum *add.* Ed.

773 principali] etc. Et sic est finis huius questionis de subiecto theologie fundamentarii
 doctoris fratris Egidii Romani Archipresulis Bituricensis sacri ordinis Heremitarum sancti
 Augustini *add.* Ed.

765 *Conf.* I, 3, PL 32, 662; CC 27, p. 2.

Quaestio de subiecto theologiae

(Toulouse, Bibliothèque municipale, ms. 739, ff. 41va–43rb)

Utrum deus secundum quod deus sit subiectum in sacra pagina. In 1
 ista questione sic procedam: primo, ponam rationes que ostendunt
 deum esse subiectum sub ratione deitatis simpliciter, et non sub ratione
 speciali; secundo, ut bene intelligantur termini questionis, dicam que
 requiruntur ad unamquamque reduplicationem vel que exigit reduplica- 5
 tio; tertio, ostendam in quo differt reduplicatio ista que est «deus in eo
 quod deus est subiectum» ab aliis reduplicationibus, in quibus est redu-
 plicatio subiecti ad passionem; quarto, dicam de infinitate dei et quo-
 modo infinitas se habet ad deum, et <quinto> adducam rationes osten-
 dentes impossibile esse deum esse subiectum sub ratione deitatis sim- 10
 pliciter et absolute, et quod necessario oportet quod sit subiectum <sub>
 aliqua ratione speciali; sexto, ostendam quod deum esse subiectum sub
 ratione speciali non impedit immediatam visionem neque impedit
 immediationem subiectivam, immo ostendam quod ista stant simul:
 deum esse subiectum sub ratione speciali et esse immediatum subiectum 15
 in ista scientia; septimo, solvam rationes primo adductas, que sunt
 alterius partis.

Primo, debeo adducere rationes que ostendunt deum esse subiectum
 sub ratione deitatis, et non sub ratione speciali, et erunt undecim. <1>
 Prima talis: nobilissime scientie est nobilissimum subiectum; sed deus 20
 in eo quod deus vel sub ratione deitatis est nobilissimum; ergo deus in eo
 quod deus est subiectum et sub ratione deitatis, et non sub ratione
 speciali.

<2> Preterea, illud est subiectum in scientia propter quod omnia alia
 in scientia queruntur et ad quod omnia alia ordinantur; sed ad deum ut 25

14 immediationem] immediatam

20–23 Cf. *Tract.*, lin. 4–7.24–30 Cf. *Tract.*, lin. 8–11.

est sub ratione deitatis omnia que in ista scientia sunt ordinantur, et propter eum, ut est sub ista ratione, omnia queruntur; ergo est subiectum ut est sub ista ratione et non sub speciali, quia propter huiusmodi rationem specialem non queruntur omnia alia neque ad eam ordinantur.

30 <3> Preterea, sicut <lumen> naturale et lumen intellectus agentis est ratio qua immediate noster intellectus fertur in ens secundum quod ens, quod est subiectum in methaphisica, ita lumen fidei est ratio qua intellectus noster fertur in deum ut deus est, sub ratione deitatis et immediate.

35 <4> Preterea, sicut lumen glorie est ratio qua immediate ipsi beati vident deum ut deus est et ut est sub ratione deitatis aperte et nude, ita lumen fidei est ratio qua immediate viatores vident deum <ut deus est> et ut est sub ratione deitatis, obscure tamen et eni<g>matice; ergo deus sub ratione deitatis est subiectum, et non sub ratione speciali.

40 <5> Preterea, sub eadem ratione est subiectum aliquid in principiis et in conclusione; sed deus sub ratione deitatis est subiectum in articulis fidei et non sub ratione speciali; ergo sub ratione deitatis est subiectum in conclusione vel in scientia, que est habitus conclusionis, et non sub ratione (f. 41vb) speciali.

45 <6> Preterea, ratio quare videtur quod deus ut deus non sit subiectum, videtur esse quia deus ut deus vel sub ratione deitatis est infinitus, quia, ut dicit Damascenus, deus est quoddam pelagus substantie infinitum; sed hoc non obstat, quia alia est ratio deitatis et alia est ratio infinitatis.

50 <7> Preterea, intellectus noster per prius fertur in illud quod est prius quam in illud quod est posterius; sed deus sub ratione deitatis est prior quam sit sub ratione glorificatoris, et quam sit sub aliqua ratione speciali; ergo deus sub ratione deitatis, que est prior, est subiectum, et non sub aliqua ratione speciali.

55 <8> Preterea, per prius intellectus noster fertur in deum sub ratione absoluta quam sub ratione relata; sed ratio deitatis est absoluta, ratio

55 ratione *iter*.

48 *De fide orth.*, I, 9, PG 94, 836B.

31–35 Cf. *Tract.*, lin. 12–19.

41–45 Cf. *Tract.*, lin. 20–23.

46–50 Cf. *Tract.*, lin. 58–61.

51–55 Cf. *Tract.*, lin. 24–32.

56–60 Cf. *Tract.*, lin. 33–38.

glorificationis est relata, quia sumitur in habitudine ad glorificatos vel glorificandos; ergo deus est subiectum ut deus et ut est sub ratione deitatis, et non glorificationis. 60

⟨9⟩ Preterea, secundum istos qui ponunt quod deus est subiectum sub ratione glorificationis, idem et secundum idem est subiectum deus in via et in patria, et non diversificatur nisi secundum rationem luminis; sed in patria ipsi beati vident deum immediate et sub ratione deitatis et sub ista ratione beatificantur, et ideo beatificantur vel glorificantur, quia 65 vident deum ut deus est et sub ratione deitatis; ergo sub ista ratione est subiectum, et non sub ratione glorificationis.

⟨10⟩ Preterea, subiectum debet supponi in scientia; sed deus ut glorificator non supponitur, immo ita queritur utrum sit glorificator, sicut utrum sit sapiens vel bonus et sicut de aliis attributis; ergo ut 70 glorificator, non est subiectum.

⟨11⟩ Preterea, ista reduplicatio, quando dicit «ut glorificator», vel reduplicat virtutem vel actionem vel effectum. Si reduplicat virtutem que est in deo, cum illa sit idem quod deus vel deitas, ergo, sic reduplicando, est dicere quod deus sub ratione deitatis est subiectum. Si 75 reduplicat actionem, cum ipsa actio dei, ut est in deo, sit ipse deus vel ipsa deitas, ergo, sic reduplicando vel dicendo, erit dicere idem quod primo, ut puta quod deus sub ratione deitatis est subiectum. Si reduplicat effectum, tunc ratio talis non erit condicio obiecti et non se tenebit ex parte obiecti, neque erit aliquid in obiecto vel deo, sed erit aliquid ex 80 parte nostra et erit aliquid in nobis, quod est inconueniens. Iste sunt rationes pro ista parte. Hec de primo.

Secundo, restat declarare quid nomine reduplicationis importatur et que requirantur vel que coexigit ipsa reduplicatio. Propter quod sciendum quod hec reduplicatio «in eo» idem est quod «ipsum» vel «secundum ipsum»; ⟨sed ipsum secundum quod ipsum⟩, ut vult Philosophus, primo *Posteriorum*, oportet quod sit universale et immediatum. Reduplicatio ergo ista que est «in eo» vel «secundum quod ipsum» importat vel dicit universalitatem vel immediationem. Verbi gratia, ut si trian- 85

61 Preterea] pp^a

69 glorificator] glorificatio (*et infra lin. 72*)

79 condicio] com^o

87 *Anal. Post.*, I, 4, 73b 25 ss.

61–67 Cf. *Tract.*, lin. 39–44.

68–71 Cf. *Tract.*, lin. 45–49.

72–82 Cf. *Tract.*, lin. 50–57.

83–135 Cf. *Tract.*, lin. 72–92.

- 90 gulus habet tres in eo quod triangulus vel secundum quod triangulus, talis reduplicatio dicit universalitatem vel immediationem, quia universaliter triangulus habet tres et immediate habet tres, quia immediate est causa subiectiva istius passionis. Figura enim, si habet tres, non habet in eo quod figura, quia neque universaliter habet tres, neque immediate.
- 95 Universaliter <non>, quia omnis figura non habet tres, et ideo deficit ab universalitate subiectorum. Immediate non, [quia deficit] quia non ut figura est causa ipsius non habere tres, sed in eo quod talis, ut triangulus, et ideo dicitur quod deficit ab universalitate cause et ab immediatione cause, quia non immediate est causa unius passionis.
- 100 Dico quod deficit ab universalitate cause respectu istius passionis que est habere tres, quia non universaliter est causa istius passionis, sed esset causa universaliter alicuius alterius passionis que <est> sibi equalis, si esset aliqua una natura specifica vel aliqua res vel secundum speciem accepta vel secundum genus, qualitercumque talis res vel talis figura,
- 105 (f. 42ra) si esset causa secundum quod tale, esset causa alicuius passionis sibi equalis, non sibi inequalis. Semper enim oportet quod illud quod est causa in eo quod ipsum sit causa alicuius passionis que est equalis sibi et sibi primo competat, et cuicumque alteri competat, oportet quod per ipsum sibi competat. Et ratio est quia, quando aliquid est causa secundum quod ipsum alicuius passionis, oportet quod talis passio sit causata immediate ex principiis essentialibus ipsius cause. Et quia immediate talis essentia vel talia principia essentialia sunt cause, oportet quod sint universaliter cause. Et hoc importat, cum dicitur quod hoc est causa in eo quod ipsum, quia se ipso toto et totaliter et immediate est causa talis
- 115 passionis. Et ideo oportet quod sibi primo talis passio competat et alteri per ipsum, et oportet quod sibi convertibiliter talis passio competat. Ergo quia habere tres non competit figure convertibiliter, neque est causa immediata secundum principia sua essentialia ipsius habere tres, et per consequens neque est causa universaliter ipsius habere tres, immo
- 120 si esset causa secundum universalitatem principiorum suorum et immediate, causaret passionem aliam sibi equalem, et non habere tres. Concludendum est ergo quod figura in eo quod figura non habet tres et deficit ab universalitate cause et ab universalitate subiectorum et ab immediatione.

104 accepta] acceptam

119 et...tres *iter. hom.*

Eodem modo dicendum est de equilatero, sed differt in hoc quia 125
 figura est universalior quam sit equilaterus, et ita principia figure sunt
 universaliora quam principia equilateri, et ita passio que erit causata ex
 principiis figure erit universalior quam sit passio que erit causata ex
 principiis equilateri. Et differt in hoc quia figura deficit ab universalitate
 subiectorum, quia aliqua subiecta sunt sub figura que non habent tres, 130
 sed equilaterus deficit isto modo non quod deficiat ab universalitate
 subiectorum quod aliquis equilaterus non habeat tres, quia omnis equi-
 laterus habet tres; tamen deficit ab universalitate subiecti, quia hoc
 subiectum quod est equilaterus non est ita universale sicut est ista passio
 «habere tres». Et hec de secundo. 135

Restat declarare tertium, quod est in quo ista reduplicatio «deus in
 eo quod deus est subiectum in sacra pagina» <differt> ab alia redupli-
 catione, que est subiecti ad passionem. Propter quod sciendum quod hec
 reduplicatio «deus in eo quod deus vel secundum quod deus est subiec-
 tum in sacra pagina» duo importat, scilicet universalitatem et imme- 140
 diationem, que duo importabat alia reduplicatio, sed iterum importat
 tertium, quia importat cognitionem. Et ita hec reduplicatio importat
 tria: universalitatem et considerationem et immediationem. Sed ista tria
 possunt reduci ad unum, verumptamen differenter. Propter quod scien-
 dum quod deus in eo quod deus vel sub ratione deitatis potest ad 145
 duplicem scientiam comparari: ad scientiam suam et ad scientiam nos-
 tram vel beatorum.

Si enim comparetur ad scientiam suam, talis reduplicatio dicit uni-
 versale<m> considerationem et universalem immediationem. Universalem
 considerationem dicit, quia in scientia sua omnibus modis quibus 150
 considerari potest, consideratur. Dicit universalem immediationem,
 quia sue scientie est omnimode immedietas, quia sue scientie subicitur,
 et si deus subicitur sue scientie, non subicitur nisi secundum nostrum
 modum intelligendi. Cum autem reduplicatur subiectum respectu pas-
 sionis, quamquam habeat universalitatem et immediationem, non 155
 tamen habet universalem considerationem, sed habet universalem
 subiectionem, quia universaliter sue passioni subicitur, neque habet

128 principiis] equilateris *add. et del.*

129 deficit] differt

136 declarare] secundum *add. et del.* tertium] in quo *add. et del.*

152 subicitur] int'

157 universaliter] universalitatem

136–147 Cf. *Tract.*, lin. 93–110.

universalem immediationem, sed bene habet immediationem, quia
 immediate subicitur sue passioni, sed non habet universalem immedia-
 160 tionem, id est omnimodam immediationem, que innititur tali passioni
 sicut subiectum innititur proprio accidenti et in secundo modo dicendi
 per se. Et ita secundum hoc differt hec reduplicatio «deus est subiectum
 in ista scientia in eo quod deus» ab alia reduplicazione, quia ista habet
 universalem considerationem, illa habet universalem subiectionem, et
 165 non considerationem. Secundo differt, quia ista habet universalem
 immediationem, illa non habet universalem immediationem, sed habet
 immediatam subiectionem.

Alio modo potest considerari hec reduplicatio «deus in eo quod deus
 vel sub ratione deitatis est subiectum» in comparatione ad scientiam
 170 creatam, ut ad scientiam beatorum vel ad scientiam nostram. Et isto
 modo importat respectu talis scientie universalem considerationem,
 quia hoc importat hoc «in eo quod» vel «secundum quod ipsum»,
 (f. 42rb) quod semper sit universale. Sed quia respectu scientie subiecti
 habet considerationem, sequitur quod respectu scientie, ex quo est
 175 subiectum secundum quod deus vel in eo quod deus vel sub ratione
 deitatis, quod habeat universalem considerationem, quod reputo impos-
 sibile. Item, habet immediatam considerationem, quia ex quo deus in eo
 quod deus est subiectum, sequitur quod immediate subiciatur tali scien-
 tie secundum considerationem, sicut immediate subicitur subiectum,
 180 quod est subiectum in eo quod tale, sue passioni. Secundum istam aliam
 viam differt hec reduplicatio ab illa in qua reduplicatur subiectum
 respectu passionis, primo quia ista dicit universalem considerationem,
 id est omnimodam considerationem, ut adhuc melius probabitur, quod
 tamen est impossibile improbabitur. Tamen ex quo ponitur esse subiec-
 185 tum sub tali ratione, oportet quod dicat universalem considerationem.
 Illa reduplicatio non dicit universalem reduplicacionem, sed universa-
 lem subiectionem, ut dictum est. Secundo, differt, quia ista dicit imme-
 diatam subiectionem secundum considerationem, illa dicit immediatam
 subiectionem, secundum quod subiectum subicitur accidenti proprio.
 190 Sed sciendum quod ista reduplicatio «deus ut deus est subiectum», ut
 reduplicatur respectu scientie sue et ut reduplicatur in scientia creata vel

160 immediationem] mentionem

169 ad] subiectum *add. et del.*

172 in eo quod] quod in eo

187–188 immediatam *iter.*

nostra, convenit et differt, ut ex dictis potest haberi. Primo convenit in scientia sua, ut dicit universalem considerationem, et in nostra etiam, quod est impossibile. Ergo impossibile est quod sit subiectum in ista scientia in eo quod deus vel sub ratione deitatis. Secundo, differt quia in scientia sua habet universalem immediationem, sed in scientia nostra non habet universalem immediationem, quia non omnimode innitur scientie nostre sicut scientie sue, sed innitur scientie nostre in ratione cause obiective vel subiective, sicut subiectum subicitur scientie secundum considerationem et innitur ut alia res, quod non contingit in scientia sua. Differt etiam quia in scientia nostra, quamquam immediate innitur ratione obiecti, non innitur omni modo immediate, quia innitur nobis in scientia nostra mediante lumine fidei, et beatis mediante lumine glorie, et nobis et eis mediante actu distincto a scientia. Sed in scientia sua omni modo innitur immediate realiter. Et hec de tertio.

Quarto restat dicere de infinitate, quot modis dicitur et quomodo se habet ad deum. Propter quod sciendum quod infinitum dicitur tribus modis et unus modus dividitur in duos modos et ita dicitur quatuor modis. Uno modo, dicitur infinitum privative; alio modo, dicitur infinitum negative; tertio modo, dicitur infinitum positive, et hoc dupliciter: uno modo dicitur positive secundum esse, alio modo dicitur positive secundum fieri.

Duo modi infinitatis competunt creaturis et duo alii modi competunt deo. Creaturis competit infinitas privativa et infinitas positiva secundum fieri. Primo, creature competit infinitas privativa, quia privatio dicit aptitudinem ad oppositum, et isto modo materia est infinita, quia apta nata est finiri per formam, et talis infinitas deo non competit, quia numquam finiri potest. Competit etiam creature infinitas positiva secundum fieri, quia secundum divisionem in fieri potest continuum dividi in infinitum et secundum augmentationem potest numerus ire in infinitum. Talis infinitas deo non competit, quia nichil est in deo secundum fieri, sed totum est secundum esse perfectum. Competit tamen deo infinitas positiva secundum esse, et hoc dupliciter, secundum quod dupliciter ipse deus potest considerari.

Potest enim ipse considerari primo secundum substantiam et secundum esse simpliciter, et isto modo competit sibi infinitas positive sim-

198 scientie²] nostre *add. et del.*

205 de] secundo *add. et del.*

207–272 Cf. *Tract.*, lin. 357–405, 489–606.

pliciter, ut sit sensus quod talis substantia, ut talis substantia que est deus, est infinita, et ita infinitas ista est de primo intellectu ipsius substantie, 230 quia talis substantia, secundum se et ut talis substantia est, est quedam infinitas positiva. Et ad significandum istam substantiam vel istam infinitatem, que infinitas est de primo intellectu talis substantie, est impositum hoc nomen, quod est «deus», ut expresse innuit Damasce- nus, primo libro, capitulo XII^o, dicens quod hoc nomen «deus» importat 235 quoddam pelagus in(f. 42va)finite substantie. Est ergo deus secundum talem substantiam quidam infinitus. Dicere ergo quod deus, ut deus est, est subiectum in tali scientia, est dicere quod talis substantia ut talis substantia, vel talis infinitas ut talis infinitas, est subiectum in scientia, quod est impossibile, ut melius apparebit infra.

240 Alio modo potest deus considerari secundum perfectiones, ut puta attribuibiles. Et isto modo etiam competit sibi infinitas positive, quia positive est sapiens et bonus, et sic de omnibus aliis attributis, que esse possunt infinita, et unumquodque est infinitum. Et forte talis infinitas que est positive, que dicitur infinitas in genere, est de primo intellectu 245 attributi, sicut illa infinitas positiva simpliciter est de primo intellectu ipsius dei secundum substantiam.

Alio modo competit deo infinitas negative, et hoc dupliciter, secundum quod dupliciter competit ei positive, quia sicut affirmatur esse infinitum, sic negatur esse finitum. Est enim infinitus secundum sub- 250 stantiam. Sequitur immediate negatio «non est finitus secundum substantiam». Et est infinitus secundum quodlibet attributum et secundum omnia attributa. Sequitur «ergo non est finitus secundum quodlibet attributum et secundum omnia attributa». Et isto modo est infinitus negative, quia ab eo negatur unumquodque finitum, quia quidquid est 255 in eo, est infinitum et negatur ab eo quecumque imperfectio, quia quidquid est in eo est perfectum.

Concludamus ergo quod deus non est infinitus infinitate privativa neque est infinitus infinitate positiva que est secundum fieri, sed est infinitus infinitate negativa, et est infinitus infinitate positiva secundum 260 perfectiones attributales, et est infinitus infinitate positiva simpliciter, que infinitas continet in se omnes perfectiones et infinitas perfectiones,

248 ei] eis

251 infinitus] infinitum

257 infinitus *iter*.

233–234 Cf. lin. 48.

et que infinitas est ipsa substantia dei et est ipse deus, et hoc de primo suo intellectu. Et si diffiniretur substantia dei vel deus, quod est nomen importans substantiam dei infinitam, in eius ratione vel diffinitione poneretur talis infinitas. Et si diffiniretur talis infinitas, in eius ratione clauderetur substantia ipsa dei vel ipse deus, cum sit indivisibile. Est ergo talis infinitas eiusdem rationis cum deo. Frustra ergo dicitur quod alia est ratio dei et alia est ratio infinitatis. Immo, ut iam patet, est eadem ratio deitatis vel dei et ratio infinitatis. Ergo si deus, ut deus est, vel sub ratione deitatis, esset subiectum in ista scientia, esset subiectum sub ratione infinitatis, quod est impossibile, ut adhuc probabitur. Et hec de quarto.

Restat quinto adducere rationes quod impossibile est deum esse subiectum sub ratione deitatis vel deus ut deus est in sacra pagina, et quod necessario oportet quod sit subiectum sub ratione speciali. Et hoc probatur pluribus viis. Prima sumitur ex parte reduplicationis importantis universalem cognitionem, id est omnimodam cognitionem. Secunda via sumitur ex parte nature divine, ut importat infinitatem, quia ipsa est infinitas, que est de primo suo intellectu. Tertia via sumitur ex parte essentie divine prout est medium cognoscendi. Quarta via sumitur ex parte essentie vel dei ut habet rationem obiecti. Quinta via sumitur ex parte potentie nostre. Sexta via sumitur ex parte luminis fidei vel luminis glorie. Septima via sumitur ex parte actus vie vel actus patrie. Octava via sumitur ex parte principiorum vel articulorum fidei.

Prima talis ex parte reduplicationis: reduplicatio ista «deus ut deus vel secundum quod deus est subiectum in scientia ista» importa(t) universalem cognitionem, id est omnimodam cognitionem, ut iam probatum est superius. Sed si esset in eo quod sic subiectum, talis scientia, <que> est creata vel limitata, <deum> comprehenderet, quia cognosceret deum omnibus modis quibus esset cognoscibilis, quod est impossibile. Relinquitur ergo quod impossibile est esse deum subiectum (f. 42vb) sub ratione deitatis vel in eo quod deus; ergo oportet quod sit sub speciali ratione.

Secunda est ex parte nature divine, que est talis: natura vel substantia divina, de existentia sue nature et ut talis natura est, est infinita,

262 substantia *iter*.

263 diffiniretur] desineretur

264 infinitam] infinitum

271 adhuc] adhuc

273–377 Cf. *Tract.*, lin. 406–488.

immo est ipsa infinitas positiva, que infinitas est de primo intellectu ipsius, et talis infinitas positiva et natura divina sunt eiusdem rationis, ut probatum est. Ergo si deus in eo quod deus est subiectum, sequitur quod sit in eo quod infinitus, et sic ut infinitus compre⟨hen⟩deretur a scientia
 300 vel in scientia finita, quod est impossibile. Relinquitur ergo quod non est subiectum ut deus est sub ratione deitatis, sed sub aliqua ratione finita.

Sed sic dicendo, videtur quod talis infinitas positiva et deus sunt nomina synonyma. Dicendum quod infinitas non est nomen positivum,
 305 sed est nomen negativum et ideo significanter ponitur «positiva» et dicitur «infinitas positiva». Sed hoc nomen «deus» est nomen affirmativum, et ideo ostaculum nullum.

Tertia via est ex parte essentie, ut habet rationem medii cognoscendi, et est talis: deus cognoscit creaturas per essentiam suam non sub
 310 ratione deitatis, sed secundum specialem rationem, ut puta mediante ratione ydeali, dicente Augustino, questione de ydeis, quod alia ratione [qua] communis est homo et alia ratione communis est equ⟨u⟩s. Et idem Augustinus, eodem capitulo: singula propriis rationibus producuntur. Et si cognoscat secundum rationem deitatis ut deitatis est et secundum
 315 unam rationem, quod credo esse verum, tunc ipse cognoscit secundum rationes ydeales et speciales; ergo essentia divina ut ydea est et secundum talem rationem specialem cognoscit creaturas. Sed beatus cognoscit sicut et cognitus est, ut dicitur in *Iohanne*, sed non potest cognoscere secundum illam rationem infinitam, que est ratio deitatis ut deitatis est;
 320 ergo cognoscit deum secundum rationem specialem, sicut deus cognoscit eum. Et si non sicut quicumque et secundum omnem modum est simile, est tamen in hoc simile quod deus cognoscit beatum per essentiam suam et non per essentiam beati, et cognoscendo per essentiam suam ipsum beatum, cognoscit eum secundum rationem specialem, ita
 325 beatus non cognoscit deum per essentiam suam, ut puta beati, sed per essentiam dei, secundum tamen rationem specialem. Est ergo essentia

299 infinitus²] infinitur

304 synonyma] signonima

315 tunc] tamen

321 sicut quicumque] *pro*: utcumque?

311 *De diversis quaest. LXXXIII*, q. 46, PL 40, 30; CC 44a, p. 72.

313 *Ibid.*

318 *re vera I Cor.* 13, 12.

308–333 Cf. *Tract.*, lin. 420–449.

divina medium in cognoscendo secundum rationem specialem in deo ipsum beatum et est medium cognoscendi in beato ipsum deum. Non ergo essentia divina sub ratione deitatis est medium cognoscendi in beato, sed secundum rationem specialem. Et ita non est subiectum secundum rationem deitatis, sed secundum rationem specialem, in visione beata et in visione enigmatica vel in scientia beatorum et viatorum. 330

Quarta via est ex parte dei ut habet rationem obiecti, et est talis: sicut se habet obiectum ad potentiam, ita se habet «subiectum» ad scientiam. Sed tunc arguitur: obiectum sub ratione formali ita se habet ad potentiam quod neque excedit potentiam neque exceditur a potentia. Ex quo ergo non excedit potentiam, potest potentia ferri secundum omnem rationem obiecti in eum et omni modo quo obiectum est comprehensibile, potentia potest comprehendere eum. Et sic scientia semper se habet ad suum subiectum quod potest omni modo eum comprehendere sub ratione sua formali, quia secundum talem rationem neque excedit scientiam neque exceditur a scientia. Si ergo deus sub ratione deitatis esset subiectum, omnimode in tali scientia comprehenderetur, quod est impossibile. Relinquitur quod sit subiectum sub ratione speciali. 340 345

Quinta via sumitur ex parte nostre potentie, et est talis: potentia nostra est finita; ergo non potest terminari ad obiectum infinitum ut infinitum, sed terminatur, ad quodcumque terminatur, ad [quodcumque] finitum vel infinitum id est sub ratione finita. Sed si deus in eo quod deus esset subiectum in ista scientia, tunc terminaretur ad infinitum infinite, quod est impossibile; ergo non est deus in eo quod deus subiectum, sed secundum aliquam rationem specialem. 350

Sexta via sumitur ex parte luminis fidei vel gratie, que est talis: lumen fidei vel lumen gratie est finitum; ergo in eo non potest fieri representatio obiecti infiniti ut infinitum est vel infinite; ergo sub ratione deitatis non potest representari, sed oportet quod fiat sub ratione speciali. 355

339 quo] quod

344 esset] essem

349 id est *fort. delendum*

Septima via est ex parte actus vie vel actus patrie, et est (f. 43ra) talis: actus fidei est finitus et actus in patria, qui est beatificus, est representativus, et nisi representaret, impossibile est quod beatus videret, et per consequens, impossibile est quod beatificaretur. Sed cum talis actus sit finitus, impossibile est quod representet infinitum infinite; ergo impossibile est quod deus sit subiectum in eo quod deus, quia oporteret quod representaretur per talem actum infinite, quod est impossibile; ergo oportet quod sit subiectum sub aliqua ratione speciali.

Octava sumitur ex parte principiorum unius scientie et ex parte principiorum fidei, que principia sunt articuli fidei, que est talis: principia sunt nobis communicata secundum modum nostre potentie et sunt taliter nobis communicata ut per ea possumus habere scientiam istam et conclusiones in ista scientia. Et si sunt elevantia potentiam nostram, non sic sunt elevantia ut elevent potentiam nostram, ut terminetur ad infinitum infinite, sed sic elevant ut cedat potentia ad que attingere non potest secundum naturam. Sed si deus in eo quod deus esset subiectum, oporteret quod potentia elevaretur non solum ad infinitum, sed elevaretur infinite, quod est impossibile. Relinquitur ergo quod non sit subiectum sub ratione deitatis, sed sub ratione aliqua alia speciali. Et hec de quinto.

Restat sexto declarare quod deum esse subiectum sub ratione speciali non impedit immediatam visionem neque impedit immediationem subiectivam. Et ista stant simul: quod deus sit subiectum sub ratione speciali et immediate. Propter quod sciendum quod ipsi beati vident ipsum deum immediate et per essentiam suam, non aliquo medio obiective, ut supra dictum est. Immo ipsa essentia dei est ratio in beatis videndi deum, verumptamen secundum rationem specialem, ut supra dictum est. Et ideo videre deum sub ratione speciali non impedit immediatam visionem subiectivam. Immo stant simul ista: quod deus videatur immediate et videatur sub aliqua ratione speciali. Et ut melius pateat, sciendum quod sicut cum deus immediate videt beatum per essentiam suam divinam, verumptamen secundum rationem ydealem, que est ratio specialis, et talis ratio ydealis vel specialis non impedit visionem dei quin sit immediata, ita cum beatus videt deum per essentiam divinam, videt immediate secundum aliquam rationem specialem, talis ratio non impedit visionem immediatam. Eodem modo dicendum

366 scientie] que principia sunt *add.*

367 fidei¹] articuli fidei *add.*

370 in *iter.*

386 subiectivam] obiectivam

358–365 Cf. *Tract.*, lin. 465–488.

378–397 Cf. *Tract.*, lin. 205–257.

est de deo respectu scientie nostre vel beatorum in ratione cause subiec-
 ti, sicut dictum est de deo respectu potentie in ratione cause obiecti, quia 395
 sicut se habet obiectum ad potentiam, ita se habet subiectum ad scien-
 tiam. Et hec de sexto.

Restat septimo vel ultimo solvere rationes alterius partis. Ad pri-
 mam, cum dicitur quod nobilissime scientie est nobilissimum subiec-
 tum, ista maior est vera. Sed cum dicitur in minori quod ista est nobi- 400
 lissima scientia, ista est falsa, quia nobilissima scientia est illa quam deus
 habet de se ipso, que est ipse deus, et in illa scientia est nobilissimum
 subiectum, et in illa scientia est subiectum deus secundum quod deus vel
 sub ratione deitatis, in nulla alia scientia potest esse subiectum sub
 eadem ratione sub qua est in scientia sua. Immo, si sub eadem ratione 405
 esset subiectum in scientia sua et in nostra, non enim distingueretur
 nostra scientia a sua, et scientia creata et finita esset infinita et <il>limi-
 tata.

Ad secundum, quando dicitur quod illud est subiectum in scientia ad
 quod omnia ordinantur et propter quod omnia queruntur, hoc totum est 410
 verum. Sed cum dicitur: omnia ordinantur et omnia queruntur in
 scientia nostra propter deum ut est sub ratione deitatis, ista est falsa, quia
 ea que sunt in scientia nostra ordinantur ad deum sub illa ratione
 secundum quam eum possumus attingere, et hec est ratio finita, et non
 infinita. Et ita argumentum, si bene deducatur, magis arguit propositum 415
 nostrum et oppositum eorum quam e converso.

Ad tertium, cum dicitur: sicut intellectus noster lumine naturali
 immediate fertur in ens ut ens est, ita mediante lumine fidei immediate
 fertur in deum ut deus est, dicendum quod intellectus noster fertur in
 ens virtute luminis naturalis finite, et non sub ratione infinita. Ita 420
 mediante lumine fidei, ex quo est quid finitum, et mediante lumine
 glorie noster intellectus immediate fertur in deum, sed non sub ratione
 infinita. Et ideo non arguit <propositum>, immo magis oppositum
 arguit. Et per hoc patet responsio ad quartum.

(f. 43rb) Ad quintum, cum dicitur quod sub eadem ratione est deus 425
 subiectum in principiis vel in articulis fidei et in scientia, dicendum

396 ad²] potentiam *add. et del.*

418 in] eis *add. et del.*

422 noster] veri

398–408 Cf. *Tract.*, lin. 607–627.

409–416 Cf. *Tract.*, lin. 628–636.

417–424 Cf. *Tract.*, lin. 637–660.

425–432 Cf. *Tract.*, lin. 661–678.

quod verum est. Sed cum dicitur: deus in eo quod deus est subiectum in articulis, falsum est, quia mediantibus articulis ferimur in deum ut est nobis possibile, et non ut est nobis impossibile, et inde ferimur in
 430 divinam veritatem secundum aliquam rationem finitam, et non infinitam, mediantibus articulis. Et ideo est deus subiectum in articulis sub ratione speciali et finita.

Ad sextum, cum dicitur quod alia est ratio deitatis et infinitatis, dicendum quod, ut dictum est superius, talis infinitas positiva et deitas
 435 sunt eiusdem rationis et unum clauditur in alio.

Ad septimum, cum dicitur quod intellectus noster per prius fertur in id quod est prius quam in id quod est posterius, sed ratio deitatis est prior quam ratio specialis, dicendum quod intellectus noster per prius fertur in id quod est prius, si est sibi proportionatum; sed ratio deitatis est sibi
 440 improporionata, quia est infinita, et ideo non arguit. Et non oportet etiam quod intellectus semper feratur in id quod est simpliciter prius.

Ad octavum, cum dicitur quod per prius intellectus noster fertur in absolutum quam in relatum, hoc est verum. Sed cum dicitur quod ratio glorificationis est relata vel dicit habitudinem ad glorificandos, dicendum est per interemptionem quia ratio talis que intelligitur per rationem glorificationis est quid absolutum. Si tamen de ratione nominis importatur relatio, non est nobis cura. Quia non habemus proprium nomen ad nominandum tale speciale, nominamus eam in ordine ad
 445 actum, et non tamen sine causa nominamus eam in ordine ad actum talem, quia sub illa ratione qua deus videtur, sub illa ratione glorificat, et talis est ratio specialis, ut dictum est superius. Et intellectus beati non attingit eum sub omni ratione, sed sub aliqua, et ita est ista specialis de qua loquimur.

Ad nonum, cum dicitur quod sub eadem ratione est subiectum deus hic et in patria, hoc est verum. Et cum dicitur: illi vident deum immediate, hoc etiam verum est. Sed cum dicitur quod vident eum sub ratione deitatis, hoc est falsum, immo vident secundum aliquam rationem specialem, ut dictum est. Et cum dicitur quod glorificat sub ratione deitatis,

433–435 Cf. *Tract.*, lin. 771–773.

436–442 Cf. *Tract.*, lin. 679–702.

443–454 Cf. *Tract.*, lin. 703–706.

455–461 Cf. *Tract.*, lin. 707–720.

dico quod glorificat secundum quod videtur. Et quia videtur secundum rationem specialem, ideo secundum talem rationem glorificat. 460

Ad decimum, cum dicitur quod ita queritur utrum sit deus glorificator sicut sapiens vel bonus, sed subiectum debet supponi, dicendum quod subiectum debet supponi quantum ad imperfectam cognitionem, oportet de subiecto presupponere quia est, sed non oportet eum supponere quantum ad cognitionem perfectam, et isto modo queritur utrum sit glorificator. 465

Ad undecimum, cum dicitur quod reduplicat aliquid «in eo quod glorificator»: vel aliquid in deo, et tunc est idem quod deus, vel effectum, et tunc esset aliquid in nobis et non in obiecto, quod est inconveniens, vel actionem, et tunc idem quod prius, quia actio est idem quod deus, dicendum est quod talis reduplicatio reduplicat aliquid in deo ut virtutem suam vel essentiam suam secundum rationem specialem, secundum quam glorificat. Unde reduplicat essentiam divinam que glorificat secundum talem rationem. Et ista ratio, vel essentia divina secundum talem rationem specialem, differt a se ipsa ut est sub ratione deitatis et infinita, et est una realiter, solum differens secundum rationem. Et ideo cum queritur quid reduplicat, dictum est quod reduplicat essentiam divinam secundum specialem rationem. 470 475

464 ad] illud quod *add. et del.*

462–467 Cf. *Tract.*, lin. 721–730.

468–479 Cf. *Tract.*, lin. 731–770.

